


E







~~19a. 1.-8~~



~~19. a. 1.-25.~~

~~3~~

~~30.-76~~

i-16804302

.22



## Liber primus

## phisicorum

erenissimo principi dño Ruberto ihrlm et scilie regi frater Jacobus de ale  
xandria ordinis minorū professor. reueuentā in eo qui est fons sapie. Den  
taliter illustrati ingenij vī nobilitas ac sciencialis habitus imprecās regalis  
solicitudinis cōstituti: euidētes sc̄entias e librorū multitudine rationabiliter appetūt  
ut quantū: permitit cura regiminis incubentis possitis quoquomodo sapiētial sp̄cu  
lationi vacare. Nestrī itaqz votis q̄ michi cēseō deputāda precepta me coaptare de  
siderās: libros naturales: methasimiales: necnō et morales: distinctis capitulis cona  
tus sum ad euidentiā clariorē reducere secundū mee sc̄ietie paruitatē. Quā copilatio  
nem sive declarationem majestati vīe intitulās pro laboris premio: merito exercicij:  
utilitate legentū: et vīe grē munere sum contētus. In columē semp ac felicez vīam  
excellentiam: rex celorum conseruare dignetur Amen.



Liber phisicoruſ capituloſ primū qd̄ sic incipit. Quoniā quidē intelligere et sci  
re cōtingit circa om̄s sc̄ietias et c̄. Declarat q̄ in sc̄ietia naturali sicut i ceteris  
sc̄ietiis scire sit per causas. et tamē ex notioribus nobis ad notiora simpliciter  
in ipa est procedendū. quia in ipsa posteriora sunt nobis notiora.

Quoniā intelligere et scire puenit i oib⁹ sc̄ietijs excognitiōe cau  
sarū p̄ncipioꝝ et c̄toꝝ tūc ei arbitramur cognoscere unūqđqz.  
cū eius causas et p̄ncipia primo cognoscim⁹ usqz ad elemēta.  
magnifestū est q̄ ad naturalē sc̄ientiā acquirendā prius tēptā  
dum est determinare de causis et p̄ncipiis. Quānis autē  
ex parte scientie in se: sit a primis p̄ncipijs iuchoandū. tamē i  
nata est nobis via procedēdi ex notiorib⁹ nobis ad cognoscē  
dum ea que simpliciter et secundū naturā de se sunt notiora.

Non eīm semp ea que sūt magis nota d̄ se. i. naturaliter noscibilis. sūt nobis magis  
nota. Necesse est i naturalibus procedere hoc modo. videlicet ex nobis notiori  
bus que tamē nature. i. in se sūt simpliciter minus nota: cuiusmodi sūt effectus. in cer  
tiora et notiora nature. cuiusmodi sūt p̄ncipia et cause. nā nobis pri⁹ sūt magnifica  
zcta magis confusa et indistincta ut oīa ex quibus resolutis vel distinctis sūt nota ele  
mēta atqz p̄ncipia. et ideo ex vniūsalioribus ad singularia opportet procedere. Qd̄  
aut̄ talis processus i sc̄ietia naturaliū sit seruādus; primo patet quia i eis noticia icipit  
a sensu. totū autē notū est sensui priusq̄ aliqua eius pars. Universale aut̄ est quodā to  
tum cū cōprehēdat multa q̄si partes. Secūdo hoc patet q̄ eundē ordinē tenēt no  
mina respectu diffinitioꝝ. nota enī q̄ in distincte significat rem: sūt prius nobis nota  
diffinitione. que diuidit significatū et distincte ipm significat. Tertio idē patet ex p̄  
ma noticia puerorū. qui prius om̄s viros appellāt p̄res. et om̄s femias matres: pro  
cessu vero tporis determinat p̄rem a nō p̄re. quasi procedētes a coī et confusa noticia  
ad propriam et distinctam.

Caplīm secundū qd̄ sic incipit. Necesse igitur vñū esse p̄ncipiū aut̄ plura et c̄.

Enumerat dubitatioꝝ q̄ sūt de p̄ncipijs nature quantū ad vnitatē et plurali  
tatem mobilitatem et immobilitatem.

Ecceſſe eſt aut̄ vñū eſſe p̄ncipiū nature aut̄ plura. et si vñū: aut̄ immobile ut di  
cit permenides et melissus. aut̄ mobile ſicut extimāt naturales. quorū aliqui  
eſſe acerem. alij aquā dicūt eſſe p̄ncipiū primū. Si aut̄ ſunt plura p̄ncipia: dubi  
tatur utrū ſint finita vel infinita. Et si finita: utrū duo vel tria vel secundū aliū numerū  
Si vero ſint infinita: utrū oīa ſint unius generis diſerētia tamē figura et ſpe. i. forma

a .j.



## Primus

ut dicit democritus. aut etiam inter se contraria. Similiter queruntur prime dubitationes deente. utrum totū ens sit vnum aut plura. et si multa: utrum finita vel infinita. querendo enim ens: querunt principiū et elementum utrum unum aut multa.

Capitulū tertiu quod sic incipit. Id quidem igitur si unum et c. Declarat q̄ naturalis non est disputare contra negantes sua principia. nec soluere rationes sophisticas loquentiū non naturaliter de natura.

¶ quidem quod intenditur si unum. i. si vniuersaliter ipm ens est vnum et immobile ad naturalem non pertinet. Sicut enim geometra nō habet rationem contra negantem principia geometrie q̄ hoc pertinet ad superiorem scientiam vel ad eam que est omib⁹ communis. Sic nec phisicus potest intendere opiniones negantium sua principia. qualis est opinio que dicit q̄ totum ens est vnu⁹ et immobile. Si enim est vnum solum ens: non est principium. quia principium aruit principiatum. tanq̄ aliud ens ab ipso. cum principium sit cuiusdam principiati vel quorundam. Naturalem sibi sollicitum esse de hac opinione q̄ ens sit unum et immobile. Simile est ad disputare contra quālibet opinionem extraneam verbi grā eracuti dicentis nichil moueri. vel alicuius dicentis omnia esse vnum hominem. Non pertinet etiam ad naturalem soluere rationes permenidis et melissi que sunt sophisticę. q̄ peccant in materia cum recipiant falsa. et in forma: cum non sillogizēt. ¶ quis autem vana est ratio melissi et non inducit dubitationē. tamen nō propter hoc ratio permenidis est vera cum aliquod falsū contineat ad quod multa sequuntur. Vno enim in conueniēti dato alia contingunt. Et hoc non est mirum. Nobis igitur naturaliter loquentibus supponantur omnia aut quedam naturalia moueri. sicut manifestum est ex inductione. Similiter non conuenit omnia soluere in qualibet scientia: sed sola ea que quis falso concludit ex principijs scientie nō autem ea que mentitur principijs destructis verbi gratia. Quadraturam circuli que per discisiones linearum siebat q̄ procedebat ex principijs geometrie: geometrie est dissoluere. nō autem illam que erat antifontis: q̄ eadem principia destruebat. Quāvis tamen hec ita sint: tamen q̄ predicti de natura locuntur licet defectus. i. eorum dubitationes non naturales sint: bene se habet disputare de ipsis assūpta forma philosophi primi.

Capitulum quartum quod sic incipit. Principium autē maxime osum pro prium et c. Probat per ratioēs sumptas tam ex parte entis q̄ vnius q̄ ens non potest esse vnum tantum. siue infinitum ut dicit melissus siue finitum ut dicit permenides.

Principium maxime proprium ad probandum q̄ ens non est tantum vnu⁹ ex hoc sequitur q̄ ens dicīt multipliciter. s. de substantia et alijs categorijs. dicunt ergo ens esse. aut vnam substantiam. aut vnam quantitatē. aut vnam qualitatem aut vnam aliam categoriam. Et iterum si vnam substantiam aut aliam categoriam hoc dicunt esse: aut vnum hominē aut vnum album aut aliud vnu⁹ numerō alterius predicamenti. hec enim differunt multum et impossibilia sunt dicere esse vnum. Si enim ens est simul substantia quantū et quale: iam est multa et non vnum tantū. cum hec sint multa: siue sint simul sūpta siue ab inicē separata. Si uero oīa entia sūt quantū vel quale: sequitur impossibile. q̄ sūt plura. siue ponatur substantia esse sūc nō. Si enī substantia nō ponat: sequetur q̄ accidēs potest esse sine sbā.

## Phisicorum

quod falsum est: cum nullū accidens aliorū entiū sit separabile a substantia. omnia namq; de subjecta substantia dicuntur vel sunt in ea. Preterea melisus dicit ens esse infinitū: est ergo quantū. q; infinitū est passio quanti. nam infinitas non cōuenit substantie vel qualitati: nisi per quātitatē. q; ratio infiniti per se cōuenit quātitati et nō substantie nec qualitati. Si ergo ens est sūm substantia et quātitas: nō est vnum tantum sed duo. Si vero est solū substantia: nō est infinitū nec habet ullam magnitudinē q; iam esset quantū. Amplius ex natura vnius patet q; impossibile est ens esse vnu. vnu enī sicut et ens multipliciter dicitur. Est enī vnu continuata. indivisibilitate. et diffinitiu ratione dicente qd quid est rei. Si ergo ens est vnu continuata: possunt esse multa entia: cum continuū sit divisibile in infinitū. De toto autē continuo et eis partibus oritur dubitatio. que licet nō sit ad propositū. tamē in se ipa est utilis. utruq; videlicet totum et partes si sumpte sint idē aut diuersa. hoc enī tam de partibus continuis quā de nō continuis scz cōtiguis dubitū est. Si enī quelibet earū indivisibiliter est idem toti: inter se erunt indivisibiliter idem. Si vero sunt aliud a toto: totū erit aliud a se ipso. cū nō sit nisi partes simul sumptae. At vero si ens est vnu indivisibile: nichil erit quantū et sic nichil erit infinitū ut dicit melisus. nec finitū ut dicit permenides. Quod enī indivisibile nō sit quantū: patet in pūcto qui exīs terminus linee finite. tamē q; est indivisibilis: nō est finitus. sic nec quantus. Si autē ens est vnu ratione diffinitiu: sequitur opinione eracliti esse verā. videlicet q; oīa sunt vnu q; quorūcūq; est vna diffinitio: illa sunt vnu. et sic idē erunt cōtraria ut bonū et malū. et cōtradictio ria bonū et nō bonū. et disparata ut homo et equus. eius etiā qd nichil est erit diffinitio: sicut eius quod est aliquid. q; talia erūt idē. qualitas etiā et quātitas erūt idē ens. que tamen sunt predicamenta entis diuersa.

Laplū quintū quod sic incipit. Conturbati sūt autē posteriores et ē. Declarat q; licet aliqui posteriores consentiētes permenidi et meliso conati fuerunt auferre multitudinē ab ente: tamē neccessario coacti sunt concedere q; multitudo stat cum vnitate.

Conturbati sūt autē sequaces dicentiū ens esse vnu. sicut et priores. q; ex euidentia rationis cōtingit idē esse simul vnu et multa. vnde ne cogerentur hoc ponere: aliqui iporum ut liquofron auferebāt verbū copulatiū ab enūtiatiō eo q; est nota differentia inter subjectū et predicatu. nec dicebat homo est albus: sed tantū homo albus. Alij vero mutabāt dictiōne dicētes homo dealbatur. ne si adiungerēt verbū est: facerēt vnu subjectū esse multa ratione. tanq; ens et vnu dicantur singulariter et nō reperiātur i multis. Sed cum entia sint diuersa aut ratione formali sicut aliud est esse albo aliud musico licet sint eadē qm̄ sunt in eodē subjecto. Ita q; tunc vnu subjecto est multa ratione: aut sunt entia multa divisione. quo totū respectu partiū: oportet cōcedere vni enti nō repugnare multitudinē. Hic autē ubi agitnr de vno q; per divisionē potest fieri multa: iam deficiebāt dicti pbi et cōfitebātur vnuq; esse multa licet eis videretur incōueniēs idē esse vnu et multa. qd tamē nō est impossibile. q; nō est oppositū simpliciter vnu multis. cum utrūq; posit esse in potentia non opponuntur.

Laplū sextū quod sic incipit. Sed ex quib9 dem̄ant et ē. Continet solones objectionū melisi et permenidis. offendens divisiō defectū eoz.

Actiones ex quib9 dem̄ant melisus et permenides nō est difficile solvēre. cum uterq; sillogizēt sophistice. nā recipiūt falsa peccādo in materia. nec seruant

## Primus

formā debitā. et ideo nō sillogizāt. Melisī autē ratio magis est defectuosa. nō tamē ppter hoc ratio permenidis verū cōcludit. qz implicat aliqđ incōueniēs. vno autē incōueniēti dato seculatur alia ethoc nō est mirabile. Quod quidē melisī male arguat patet. opinatur enī cōsequētiā bānc esse verā si quid factū est: habet pncipiū. qz cōseqn̄tia procedit a destructione antecedentis et sic est falsa. Postea addit aliud in cōueniēscū subjūgit. qđ nō est factū nō habet pncipiū et per hoc est infinitū: cū caret pncipio z fine. qz enī hoc nō sequatur: patet. oīs enī res naturalis habet pncipiū realitatis et magnitudinis sue etiā posito qz non sit facta. ac per hoc est finita terminis sue nature. qz quis si nou est facta: nō habeat pncipiū tporis z gnōnis: nō dico gnōnez: simplicē influxū quo in instāti aliquid producitur: sed pocius dico gnōnem qm precedit mot⁹ alterationis tanqz mutationis nō momētanee facte in instanti. Preterea nō seq̄tur tertia illatio melisī. videlicet si ens est vnū: ergo imobile nō enī sequitur est vnum. ergo imobile nā si aqua sit una: potest pars eius moueri infra totā. Et si pars: ergo tota. cū sit eiusdē nature. Preterea infra vnum potest esse motus alteratiois. ut aqz vna alterari potest exīs vna. Preterea nō potest vnū esse totū ens secūdū esse spēcificum et formale licet scđm esse materiale ex quo sūt entia aliqui naturaliū dicāt ipz esse vnū qz enī scđm esse spēcificū nō sit vnū: patet. qz homo ab equo alterū est spēcie. et cōtraria disparata ad inuicē spēcie dīa sunt. Et cōtra permenidē est idē modus rationū qui est cōtra melisī: quāuis sint aliqui spāles et proprij contra ipm. idē quidē in comuni soluēndi rationes pme. et meli. est modus. nā et falsa recipit. et eius ratio nō cōcludit. sicut soluebatur ratio melisī. falsa enī recipit: supponendo qz ens vno modo dicatur: qđ tamē multipliciter dicitur. Non concludit autē dicendo solū ens est: ḡtantū vnū est. nā si sola alba supponātur ita qz nichil sit ens uisi albū: albo significante vnā naturā: nichilominus ipa alba sūt multa et nō vnū. qz albedini z susceptibili eius qz ambo importātur per albū: nō est idē esse formale. cū nec cōtinuitate qz nō est quātias. nec ratione diffinitiuā sint vnū. et sic albū erit multa. etiā posito qz extra albū non sit aliquod ens nec diuersū esse sit albedini et substātie separabilia sūt ab inuicē: sed qz esse formale accidētis et subjecti cui inest alterū est et diuersū. et hoc permenides non dum vidit. Necesse est ergo ens significare nō solū qđ predicator de substātia sic est accidēs: sed etiā ipam substātiā que vere est vnū ens qđ sic patet. accidēs ei predicitur de quoddā subjecto. si ergo ipm accidēs est solū ens: subjectū erit alterū ab ente et per hoc erit nō ens. igitur aliquid erit cū nō sit. et si subjectū nō sit: accidēs nō inheret ei. nō ergo ierit accidēs subjecto: nisi subjectū habeat esse ens. hoc autē esse nō potest poito qz accidēs sit ens nisi ens sic multa significet: qz utrūqz sit ens: nō bene igitur cōcessum est a permenide qđ est significare vnum. Preterea si substātia noīe entis importatur que vere et simpliciter ē ens et nulli accidit sed illi. accidit aliquid: ens magis significat substātiā qz vere est ens qz significet accidēs qđ nō est vere z simpliciter ens. Si ergo subjectū qđ vere est ens et albū sūt idē eo modo quo homo albus dicit idem ens: cum entitas albi nō sit vere simpliciter ens qz nō accideret alterī nec idē sit simpliciter ens et simpliciter nō ens: sequitur qđ id qđ est nō sit. nec dico nō sit excludēdo. ab eo aliquā entitatē: sed qz oīo nō sit per nō hñdo ullā entitatē. igitur veruz est dīcere qz est qđ nō est. veruz ei est dicere qm albū est qđ tamē nō significatur per ens sed hoc est tantū vnuz. Quare si albū vere significatur per ens: oportet ipm multuz significare. Preterea magnitudo nichil erit: si ens est tm̄ vnū simplex. utriqz nāqz ptiū magnitudinis est aliud et aliud esse qđ nō cōtingeret si ens esset simplr vnū tantum.

## Phisicorum

**C**apitulum septimum quod sic incipit. Quod autem dividitur ꝑ vere est aliqd aliud et c. Improbat coniunctim op̄iones melisi et permenidis de vnitate entis excludens modum quorūdam concedentium inconuenientia que ad dicta eorum secuntur.

**A**lod aut̄ substātia q̄ est ens simplr et qđ vere est ens dividitur i plurā entia si militer substātialia ratione magnificū est verbi grā. Si homo est aliqd vere ens simplr: neccesse est aīal et bipedē esse entia vere simplr. Si ei nō sūt vere entia substātialia: erunt accidētia hominī uel alicui subjecto. qđ est ipossibile sicut patz Accidens enim dupl̄citer dicitur. primo quod contingit eidem in esse et nō in esse ut sedere homini inest sicut separabile. Secundo proprium in cuius diffinitione inest subjectum cui accidit sicut in simi diffinitione inest nasus cui accidit simitas. Amplius supponatur q̄ quecūq; sunt indiffinitua ratione alicuius aut ex quibus est ipsa diffinitio diffinitum nō inest in ratione diffinitiuā alicuius eorum. sicut in diffinitione bipedis nō est homo sed bipes est in diffinitione hominis. Si igitur ista habet hunc modum et homini accidit bipes tanq̄ separabile accidens: contingit hominem non esse bipedem. si accidat ei tanq̄ proprium: neccesse est hominem esse in diffinitione bipedis quod est impossibile cum hoc. s. bipes sit in hominis diffinitione qr tunc esset circulatio in diffinitionibus. Si autem dicatur q̄ animal et bipes sunt accidentia alij q̄ homini et non entia substātialia: sequetur q̄ homo sit accidens alteri cum ex eis existat: hoc est impossibile. qr sicut suppositū fuit quod vere est ens simplic̄ nulli est accidens. cum ergo vnum diffinitum hoc est ac multa diffinitia: si tale diffinituz potest vere esse: oportet multa vere esse. Preterea de quo ambo diffinitia cōiunctim et quodlibet ip̄orum diuisim dicuntur: de eodem et diffinitū quod ex eis est p̄tur. Si ergo vnum et idē ens indiuisibile et nō plura sūt om̄ia diffinitia et quodcūq; diffinitū om̄e ens erit ex indiuisibilibus: sicut diffinietur per vnum indiuisibile et simpler. Quidā autē utrisq; predictis rationib⁹ permenidis cōcesserūt videlicet illi qui dicūt om̄ia esse vnum sicut plō posito q̄ ens significet substātiā et accidēs. Et etiā qui dicit om̄ia esse ex indiuisibilibus. qr faciūt magnitudines indiuisibles illas ad quas per de cisionem stat dio magnitudis alicuius. Magnificū est autē qm̄ nō est verū ens si mul̄ significare qđ est et quod nō est si ip̄m significat vnu. s. quod est nō eīm possibile ē cōtraditionē simul esse verā de eodē. propter qđ idē ens nō significabit qđ est et qđ nō est que sūt cōtraditoria. si igitur ens simpliciter qđ est substātia et accidēs quod nō est simpliciter ens: ens nō erit nichil. qr nichil prohibet id qđ nō est simplr: esse ens secun dum quid. Preterea dicere q̄ nichil extra substātiā que est vere ens sit aliquid separatū om̄ia erūt vnu: est inconueniēs. qr sicut sciētia nō est nō entis ita nullus adiscit qđ in veritate est nisi ip̄m aliquid sit. Adiscit aliquis autē entitatē accidētis etiā nō se parati a substātia ergo est aliquid ens. Et qr ita est: nichil prohibet entia esse multa si cut dictū est. Qđ quidē igitur nō sit possibile ens esse tantū vnu: manifestum est.

**C**apitulum octauum qđ sic incipit. Sicut phīci dicūt duo modi sūt et c. Recitat op̄iones falsas loquētiū naturaliter: de p̄ncipijs nature et marie empedoclis et anaragore. Iste ei cū supponerēt motū naturaliter locuti sūt.

Sicut autē phīci dicūt: duo sūt modi circa assignationē p̄ncipior̄. Quidā eīm p̄ncipiū materiale faciūt corpus subjectū qđ est aut aliquod triū elementor̄ ex clusa terra: aut mediuz dempsius igne et subtilius aere. ex quo perraritatem

## Prinus

et dempsitatē alia generātur faciunt ipsi ergo multa principia et inter se cōtraria. s. rūhi et dempsitum que vniuersaliter reducitur ad excellentiā et defectū eo modo quo plō dicit q̄ magnū tanq̄ excellēs et parū tanq̄ deficiēs sunt rerum principia. In hoc tamē differt a p̄bīcis q̄ hanc cōtrarietatē ponunt ex parte materialis principij. et vnitatē ex parte formalis. p̄bīci autē cōtrario vñā faciunt materiā: plura aut et cōtra rīa dīas et formas. Quidam autē segregāt contrarietates. i. cōtrarias formas ex uno c̄haos confuso in quo eas dicit in esse ut dicit Anaximādros et quicq̄z dicit en tia simul esse vnum et confusū in quo sūt multa. sicut empedocles et anaxagoras qui segregāt oīa entia ex quoddā mīto. Differūt tamē hi duo. q̄ empe. ex tali confu so per segregationē dicit fieri elemēta. et ex tali confuso per congregatiōnē ex elemētis: fieri confusū. et sic facit circulationē horū ad inuicē. Anaf. vero tātum semel facit ex confuso distincta. nam sc̄m eum intentio agentis primi segregauit res distinctas semel. Et hic anara. ifinitas partes similes dicit esse principia rez. Empedocles autē solū quattuor elementa p̄ncipia dicit. Videntur autē anara. propter hoc op̄ari infinitas partes similes cuiuslibet et infinita p̄ncipia dicēs quodlibet esse in quolibet: q̄ supponit communē opinionē naturaliū esse verā que est q̄ ex nō ente nichil fit. propter hanc eīm naturales dicit q̄ oīa simul pr̄fuerūt: et fieri: dixerūt esse alterationēs et nō generationē. aliqui tamē ip̄orum dixerūt esse cōgregationē et segregationē: per hco q̄ oīa pr̄fuerūt et ideo oīa sunt in oīibus. Amplius contraria videamus ex in uicem fieri ut album ex nigro et econtrario. ergo inerat vñū in alio qđ patet. Si eīm om̄e qđ fit ex his que sūt fit. cum nō possit fieri ex hijs que nō sunt: q̄ in hoc cōueniūt om̄s naturales ex nichilo nichil fieri: reliquum iam putauerūt ex neccessitate cōtingere s. quod fit fieri ex his q̄ p̄fuerūt in eo ex quo fit. Quāuis autē oīa sint in oīibus: tam̄ p̄ter paruitatē magnitudinis aliquoz ex insensibilibus nobis fiunt q̄ ex pre exītib⁹ fiunt. dicit ergo quodlibet existere in quolibet q̄ vidēt quodlibet fieri ex quolibet. Apparere autē dīa et appellari altera ab inuicē: prouenit ex maxime habundātia et predīante i multitudine partīū infinitarū. ita q̄ sincere nichil est totū albū aut nigrū aut dulce aut caro aut os qđ plus habet de aliquo predīoz quā habeat d̄ quocumq̄z alio videtur esse id de quo plus habet in mixtura oīum rerum.

Capitulum. ix. quod sic incipit. Si igitur infinitum secundū q̄ infinitum ignotum est. Improbat optionem anara. primo quantum ad infinitatem p̄ncipiorum. secundo quantum ad hoc q̄ potest quodlibet esse in quolibet. tertio. quantoz ad segregationem quam ponit fieri ab intellectu. quarto quātū ad hoc q̄ dicit sp̄ simile fieri ex simili.

Igitur infinitum secundum q̄ infinitum secundum multitudinē discretam id est secundum numeruz et secundum magnitudinem continuam quoddaz quantum ignotum: ita infinitum secundum formam et speciem. i. qualitatē fit quoddam quale ignotum formaliter et per consequens principiata p̄principijs igitur infinitis existentibus secundum multitudinem et secundum formales differētias impossibile erit cognoscere principiata ex ip̄is. q̄ ita arbitramur cognoscere cōpositū: quādo cognoscimus ex quibus et quātis est. Amplius neccesse est illud totū esse in determinatū cuius aliquā partīū in quā cum insit totū diuiditur cōtingit i determinatā esse sc̄m quātitatē vel sc̄m naturā specificā. Si ergo impossibile est aliquā totū verbi grā. aīal aut plantā esse in determinate q̄ntitatis sc̄m magnitudinē et multitudinē aut paruitatē: manifestū est q̄ nec aliquā partīū contingit in determinatā eē cū

## Phisicorum

totum et partes similes sunt quantū ad esse determinatū: caro autē et os et huiusmodi partes sunt animalis, et fructus: plantarū. Sicut ergo nō est animal quātitatis inde terminata: ita nō est possibile carnē aut os esse indeterminate quātitatis aut in magis aut in minus. Amplius si verū est q̄ oīa insint in omībus ad inuicē nec fūt de novo nō ente sed potius segregantur cum insint licet quodliber denōetur a prediante: si etiam verum est qđ quodlibet sit ex quolibet per segregationē ut ex carne aqua et aq̄ ex carne segregatur: supponatur tertio. q̄ omne corpus finitū ablato multociēs ab eo aliquo corpore finito consumitur. Remota itaq̄ per segregationē carne ex aliqua aqua: et ex reliqua aqua alia caro segregari poterit per secundā suppositionū predicta rum. q̄uis in tali segregatione semp minor remanebit quātitas aque per tertiam cuius aque magnitudo nō excedit in paruitate oēm quantitatē. i. per segregationē ad tantā deueniet paruitatē q̄ vna nō erit maior altera cum nō sit indeterminate quātitatis in magis nec in minus. Si ergo stabit segregatio carnis ex aqua deueniendo ad tā par uam aquā in aqua nō sit caro: nō omne erit in omī ut dicit prima suppositio q̄ est anaſ. Si vero nō stabit segregatio sed semp ex qnacūqz aqua quātumcūqz parua poterit segregari caro: sequitur q̄ in magnitudine finita inerāt infinita quoꝝ qđlibet erit equa le in magnitudine ei in quo inerit. quod est impossibile. Amplius autē si omne corporis per reōtionē partis ab eo minus neccesse est fieri. et cum hoc determinata est quātitas cuiuslibet corporis ut pote carnis tam in magnitudine qz in paruitate magni festum est q̄ ex minima carne nullū segregabitur corpus. esset eīm minus minimo. Amplius si in corporibus finitis ex quibus per segregationē semper potest fieri aliud corpus inest caro infinita et similiter sanguis et cerebrū nō cōparata in vnuꝝ sed ab inuicē separata: cum ergo vnuꝝ quodqz horum realiter sit aliud ab illo separatū et sit infinitū: irrationabile est q̄ oīa sint in aliquo finito. qz infinita infinites erūt i re finita. Nequaquā igitur est segregandū quodlibet ex quolibet. nec est scientis dicere q̄ quodlibet potest separari a quolibet: cum passioēs et accidētia sint inseparabilia a subjecto. Enī ergo colores et habitus semp sunt permixti subjecto. si separētur ab eo: erit aliqua albedo et sanitas non exīte eīs aliquo subjecto de quo dicātur. qđ est impossibile. et intellectus hec impossibilia querēs: est irrationabilis. querit autē impossibilia si velit segregare quodlibet ex quolibet: cum sit impossibile. tam scōm quātitatē: eo q̄ ex minima magnitudine nichil potest segregari qm etiā scōm qualitatē ex eo q̄ passio nes inseparabiles sūt a subjecto. Non recte etiā accipit anaſ. fieri ḡnonē ex segregatione similiū in spe. cōtingit eīm aliquādo simile fieri ex simili. sicut quando lutū diuidit in luta. Cōtingit etiā aliquid fieri ex nō simili. sicut quādo lateres fūt ex luto et domus ex lateribus et aer ex aqua et ecōtrario. Adelius est autē accipere p̄ncipia pauciora et finita sicut empe: quā infinita ut ponit anaxagoras.

Capitulū decimū quod sic incipit. Q̄ m̄s igitur principia cōtraria faciunt et ē  
Colligit ex dictis opinionibus principia esse contraria et primo auctoritate.  
Adiungens secundo q̄ est consonum rationi.

Adnes igitur predicti phī faciunt principia cōtraria dicētes enim totum ens esse vnuꝝ et imobile: adiungūt huic duo cōtraria permenides eīm calidum qđ appellat ignem. fr̄m quod nominat terrā: dicit esse p̄ncipia. Unidam autem rārū et dēpsum. dem. ocritus etiam firmū quod est quasi ens et inanne quasi nō ens: dicit esse principia. Adhuc signāt aliqui aliam differentiaz inter athomos quos principia ponit. ait enīz eos differre positione figura et ordine que sunt genera contrario

## Primus

rum. nam infra positionē: cōtraria sunt sursū et deorsum ante et tetro. infra figurā: angularez rectū et circulare. infra ordinē: prius et posterius. Quod quidē igitur oēs faciunt pncipia cōtraria: patet. Et hoc rationabiliter patet scilicet per rationem qz pma cōtraria habent oīa que sūt de ratione principioz. D portet eīm omīa principia nō esse ex alterutris. s. q vñū sit ex alio materialiter eo qz cōtraria sunt. nec esse ex alijs et qz fiant oīa ex ipis. hec autē oīa insunt p̄mis contrarijs ergo sunt pncipia. Prop ter hoc qz principia sunt: non p̄nt esse ex alijs. tunc eīm aliqua essent priora primis. D bid vero qz sunt cōtraria: vnum ex alio nō est. et sic nō sunt ex alterutris. Qualiter autē cōtraria oīa sunt ex ipis vel qualiter alia fiat ex cōtrarijs: oportet ex ratione cō siderare. Supponēdū est igit̄ p̄mū qz infra numerū entis nō est aptū natū p se agere vel pati quodcūqz a. quocūqz nec fit quodlibet ex quolibet: nisi scdm accidēs. sicut fit al bum ex musico qz accidē taliter cōiungitur musicū albo vel nigro. fit igitur per se determinatū ex determinato ut album ex nō albo nō ex omnino nō albo sed ex nigro vel me dijs coloribus. Et musicū ex non musico sibi oppoīto quod potest dici immusicū. aut ex determinato medio iporum si ipis est mediū. Neqz etiā corrūpitur per se et pmo quodlibet in quolibet. sicut album nō corrūpitur in musicū nisi per accidēs sed in non album. nō quidē in quodcūqz non album sed in id quod est nigrū vel mediū iporum. Et similiter musicū corrūpitur in nō musicū quod est sibi oppositū aut in mediū si ipis est mediū. Non solum autē hoc verū in generatione et corruptione simpliciū vez etiā cōpositorū. qz uis hoc in eis lateat ob hoc qz oppoīte differētie in ipis noīate non sint. Necesse est eīm omīe consonās fieri ex inconsonātia et ecōtrario. et corrumpi cō sonans in inconsonātiam. non contingentem: sed sibi oppositam. Differ autem nī chil nominare compositionē nomine consonantie aut ordinis aut compositionis op positum vero nomine inconsonātie. eadem eīm ratio. s. q fit quodlibet ex determina to sibi opposito saluatur in omībus. domus eīm et statua et quodlibet aliquod cōpositum predicto modo fit. domus enim fit ex partibus non compositis sed dīmissis. simili ter statua et quodlibet figuratum fit ex non figurato. Antiquodqz autem figuratiūz aut consistit in quoddā ordine aut in compositione. Nam aliqua exēunt in esse per or dinationem et compositionem. Si ergo hoc verum est qz fiat omīe quod fit ex con trarijs et corrumpatur quod corrumpit in contraria aut in horum media: hec autē ex contrarijs ut medijs colores ex albo et nigro: sequetur qz ea que fiunt per naturam aut sunt contraria aut ex contrarijs: Usqz igitur ad hanc noticiā deuenerunt pluri mi antiquorum ut prius diximus qz principia sunt contraria. vnde omīs dicunt voca ta ab eis elementa esse contraria: non assignando rationē huius sed ab ipa veritate co acti. Differunt tamen ab inuicem in hoc. qz alij priora alij posteriora principia di cunt. et alij notiora secundum rationē. alij secundum sensum. secundum sensū quidē notiora ponunt principia: bi qui dicunt calidum et frigidum vel humidum et siccum secundum intellectum autem: bi qui parem et imparem. vel sicut quidam dicunt con cordiam et discordiam esse causas generationis bi enim ab illis dīuit penes modum secundum sensum et secundum rationem. Quare contingit eos dicere principia quodāmodo esse eadem quodāmodo esse diversa. diversa quidez per diversitatē eoz que ponunt principiadiuersa. eadem autem: secundū analogiā et conformitatē. cum omīs attribuant eis eundē ordinem dicendo qz alia continent alia continentur. dicūt ergo et similiter et dissimiliter et peius et melius cum bi dicant notiora secundum ra tionem: illi secundum sensum esse principia. vniuersale enim secundum intellectuz.

## Phisicorum

Singulare autem secundum sensum est notum. qz ratio est vniuersalis. sensus autem particularis magnum etiam et parum secundum rationem. rarum autem et deplsum secundum sensum est notum. magnifestum est igitur qz pncipia oportet esse contraria.

Capitulum. xj. Quod sic incipit. Consequens autem dicere erit utrum duo aut tria et c. Probat qz principia entis non sunt vnum nec infinita sed rationabiliter videntur esse tria.

Consequens est dicere utrum principia sint duo aut tria aut plura. vnum enim esse tantum non est possibile. cum sint contraria que se non copatiuntur in uno.

Infinita autem non sunt propter quinqz rationes. Primo qz cum infinitum sit ignotum si principia entis essent infinita ipsum non est scibile nec noscibile. Secundo qz in quolibet uno genere est vna prima contrarietas sicut in substantia que est quoddam vnum genus et cum genera sint finita contraria erunt infinita ergo et principia cum ipsa sint contraria. Tertio qz melius est facere principia finita si ex ipsis eque bene possent fieri principiata sicut ex infinitis. Empe eim ita opinatur assignare causam entium ex finitis principijs. sicut ana. ex infinitis. Quarto qz sicut aliqua contraria sunt priora alijs. ita et aliqua principia sed in infinitis non est prius sic nec principium. Quinto qz non oia contraria sunt principia cum quedam ipso ruz fiant ex alterutris ut dulce et amarum que sunt contraria posteriora que sunt ex prioribus album et nigrum. prima principia autem semper oporter manere et ita in eis est status qui non potest esse in infinitis. Quod ergo nec vnum nec infinita sunt principia. magnifestum est. Qm autem finita sunt principia secundum quamdam rationem s. qz contraria sunt videntur esse duo. secundum autem aliam rationem non videntur esse duo sed plura. Dubitabit eim utiqz aliquis qualiter deplitas apta nata sit face re raritate vel ecotriario et eodem modo de qualibet alia cōtrarietate non eim cōcordia disponit discordia et facit aliquid ex ea nec ecotriario. sed utraqz supponit quoddam tertium ex quo alia facit. vnde et aliqui supponunt plura et non vnu tantum ex quibus disponunt et ordinant naturam entium. Adhuc magis dubitatur de eo qd sequitur nisi aliqua natura supponatur cōtrarijs. Substantia enim nulli videntur esse cōtrariam. si ergo sola cōtraria sunt pncipia. substantia non erit principium. sed oportet aliquam substantiam esse pncipium proprium eim est substantie non dici de aliquo. pncipium autem oportet non dici de aliquo subiecto. qz si de sbō diceretur esset pncipium pncipijs sicut est aliqd pri⁹ eo. subiectū ei pncipiū est et pri⁹ predicato. Amplius dicimus substantiam non esse cōtrariam substantie. Si igitur sola cōtraria sunt pncipia. s̄pā non erunt s̄bē et sic substantia erit ex pncipijs qz non erunt s̄bē et ex non substantijs siet substantia et non ens p̄us substantia erit postea substantia qd ē im possibile. Unde si quis ponit primā rōnem esse verā et hāc qz est dicere. s. s̄bam non ē cōtrariam s̄bē et tamen est principium. necesse est si debes saluare utramqz rationem supponere subesse cōtrarijs aliqd tertium. hoc enim modo faciunt dicentes vnaqz quādā materiā numero esse pncipium. ut aquā aut aerē aut medium iporum de quo medio magis videtur qz sit principium. qz extrema ut ignis terra aer et aqua habent annera contraria propter quod rationabiliter subiectum aliquod comunc dīversum ab eis ut prius ipsis ponitur principium. Aliqui tamen dicunt aerem esse subiectum contrariorum qz de se minus habet sensibiles qualitates aliorum elementorū. post aerem autem aliqui dicunt aquam esse tale principium. Sed omnes predicti quicunqz vnum subiectum principium ponentes distinguunt ipsum contrarijs vt de mēsiate et raritate vel magnitudine et paritate que omnia reducuntur ad excellētiam et

## Primus

defectum ut prius est dictum. **A**niversa autem hec esse antiqua opus quod hec tria videlicet unum et super habundantia et defectus principia rerum sunt non tam eodem modo ea esse principia. quod antiquiores duo posuerunt ex parte actiui principij et unius ex parte passiui. posteriorum autem quidam ut plonici econtrario. duo ex parte passiui magnum scilicet et paruum. unum vero ex parte actiui. tria quidem igitur dicere principia esse ex his et similibus consideratibus videbitur aliquam habere rationem. **P**lura autem tribus ponenda non sunt cum unum sit sufficiens ad patendum et duo ad agendum. **S**i enim ponatur quattuor principia prima cum ipsa sint contraria facient duas contrarietas primas quarum utriusque oportebit supponere alteram quandam naturam mediem et sic sererunt principia. **S**i itaque una illarum contrarietatum poterit ex alia generari altera erit occiosa in ratione principiis cum ipsa sit principiata. **P**reterea impossibile est plures contrarietas primas et principales ponendi. Substantia enim est quoddam genus entis et principium in quo genere diversa principia dantur ab inuisi non genere sed secundum prius et posterius. **C**um igitur in unoquoque genere sit una contrarietas prima ad quam ceterae reducuntur oportet omnes contrarietas reduci in unam. **Q**uod igitur nec unum sit principium nec plura duabus vel tribus palam est licet multum sit dubium utrum sint duo vel tria.

**C**apitulum xij. quod sic incipit. **S**ic igitur nos dicamus de omni genere agentes et causis. **P**remittit differentiam inter simplicem et compostam factio nem adiungens quod aliter sit aliquid ex subjecto aliter ex privatione. **D**einde concludit quod in omni factione preter formam et privationem requiritur subjectum et sic tria sunt principia.

**I**c igitur nos aggredientes ostendere tria esse principia dicamus primo con ter de omni genere factonis. hic enim est naturalis ordo scientie videlicet per us considerare communia deinde circa unumquodque proprium speculari. **D**icimus enim tam in generatione substantiali in qua fit aliud ex alio. que in factione accidentalis in qua fit alterum ex altero fieri simplex ex simplici vel compositum ex compagno: verbi gratia homo fit musicus. non musicus fit musicus. **S**implex quidem factio est in duobus primis. scilicet cum dicitur homo fit musicus. et non musicus fit musicus. **C**omposita autem tam ex parte subjecti quam predicatorum quando dicitur homo non musicus fit homo musicus sicut compositum ex compagno. vel fit musicus sicut simplex ex compagno. **D**ifferenter tamen dicitur fieri aliquid ex privatione ut est non musicus et ex subjecto ut est homo. quod quando prout ponitur ut terminus aquo. potest dici hoc fit hoc. ut non musicus fit musicus. potest etiam dici hoc fit ex hoc. ut ex non musicis fit musicus. quando vero subjectum ponitur ut terminus a quo: non semper dicitur fieri hoc ex hoc. ut ex homine fit musicus. sed hoc fit hoc. quod homo fit vel factus est musicus. **E**orum etiam que sunt sicut simplex ex simplici subjecto: ita dicitur fieri aliquid: quod ipsum permanet re facta ut homo permanet quando fit musicus. prout ait et forma cui opponitur quando ex uno ipso dicitur fieri aliquid: nec in genere simplici nec in composta manet. ut si ex musicis fiat musicus. vel ex non musicis homine: musicus. immusicus non manet. **D**enumeratis igitur his ex omnibus que sunt ex predictis modis diligenter consideratis: contingit hoc colligere. quod omni quod fit oportet semper aliquid subici. quod quidem est unum numero per modum subjecti. tamen est multiplex formaliter ratione. scilicet in homine non musicus quod est unum subjectum quando ex ipso fit musicus. non est idem formale esse hominem et musicum. **C**uius signum est quod illud quod in hoc subjecto. scilicet homo im-

## Phisicorum

musicus nō opponitur musicō: ut homo: permanet in tota permutatione: illud vero quod eidez opponitur videlicet in musicus. s. priuatio substātie nō permanet. nec etiam permanet cōpositum ex ambobus ut homo immusicus. Quānis autem in priuationibus ex quibus dicitur fieri aliquid tāquam nō permanentibus possit dici fieri hoc ex hoc ut ex immusicō fit musicus. in permanentibus autem in tota mutatione nō dicatur fieri hoc ex hoc ut ex homine fit musicus sed tātum hoc fit hoc ut homo fit musicus. Aliq̄ndo tamē in ipsis dicitur fieri hoc ex hoc sicut dicimus ex ere fit statua nec dicimus es fit statua. cum tamē es permaneat in tota factione. hoc autem accidit s̄ ta libus ubi subjectum habet annexam priuationē forme que fieri dicitur ex ea. sicut es habet de se infigurationē oppositā figure que ex ipso fit. et propter hāc dicitur fieri ex ere statua. sicut ex infigurato figuratum ita q̄ tam hic q̄ ubi dicitur fieri aliquid ex p̄uatione: potest dici fieri hoc ex hoc ut ex ere statua. et hoc fieri hoc ut es infiguratum fit figuratum. sicut autē in simplici factione dicimus ex in musicō fit musicus et in musicus fit musicus: et in composita ut ex homine in musicō fit musicus uel homo immusicus fit musicus. Multipli autem dico fieri. q̄r aliqua sūnt simpliciter ut substālia. aliqua secundum quid ut accidētalia. manifestū est q̄ in utraq̄ factione oportet aliquid subici. ei quod fit. Quātum eīm et quale quādō et ubi atq̄ similia que sunt accidentētia: semper in aliquo subjecto fiunt. cum sola substātia de nullo subjecto dicatur: om̄ia alia de ipsa. Quod etiam substātia et quecūq̄ dicuntur simpliciter entia sūnt ex aliquo: patet q̄r semper in eorum ḡnione subicitur aliquid ex quo fiunt. ut plante et animalia ex semine. Fiunt autē quecūq̄ fiunt ex aliquo subjecto. et hoc patet inductio ne. cum eīm alia sūnt ex transfiguratione ut ex ere statua. alia vero appositione ut que augentur. alia abstractione ut ex lapide mercurius. i. ymagō mercurij. alia compōne ut domus. alia alteratione ut que cōuertuntur secundum naturā ut aer ex aqua econ trario. et in om̄ibus his est aliqd̄ subjectum: patet in om̄ibus que sic fiunt. Quare ostensum est ex dictis q̄m quod fit tanq̄ terminus factiois est compositū. et quod id quod fit est aliquid. et etiam q̄ est aliquid quod fit illud. et hoc dupliciter. vno modo sicut subjectum dī fieri terminus factiois ut homo fit musicus. Alio modo. oppositum dicitur illud cui opponitur. ut musicus fit musicus appello eīm oppositum: mu sico immusicū. subjectum autē: hominē. similiter autē in figurationē: respectu figure. in ordinationem: respectu ordinis. Informationem: respectu formationis voco op̄o situm. es autem ut aurum et lapides: dico subjectum.

Capitulum. xiij. quod sic incipit. Manifestū igitur q̄ si quidē sunt cause et principia et c̄. Declarat q̄ licet tria sint principia entium. s. subjectum et duo contraria: alterum tamē contrariauz quod est priuatio alterius per acci dens est principium et alterum quod dicit formā est principium per se cū materia. que scibilis est per attributionem ad formam.

Agnifestū est igitur ex dictis q̄ si cause et principia entū sunt illa ex quib⁹ primis fiunt res non secundū accidens sed per se et scđm substātiā: q̄ entia fiunt ex subjecto et forma. sicut v̄ grā homo musicus componit ex homine tanq̄ sbō et ex musicō tanq̄ forma q̄ patet ex hoc q̄ rōnes bois. musici resoluūtūr in rōnes bois et musici. sūnt igitur entia ex materia et forma p̄ se. Est autē sbm seu ma teria numero quidē vñ prout autē includit p̄uationē: est rōne. i. diffiōe duo. sbm itaq̄ ut bō et aurū et vñr materia rōne numeratūr et diuidz cōtra p̄uationē in sbā compoūti. Ex ipo tñ q̄ h̄i rōz materie magis p̄ se et nō s̄ accīns fit hoc aliqd̄ et id qđ fit p̄ naturam

## Primus

quā ex priuatione. hec enim. s. priuatio cum sit cōtraria forme: pncipiū est per accidēs aliud tamē pncipiū per se est eorū q̄ sūt cum forma a qua est species rei. ut ordinatio et musica aut aliud formaliter dictū. Unde ex dictis patet q̄ quodā modo dicēda sūt pncipia esse duo. alio modo tria. et aliquo modo cōtraria. ut si quis dicat pnuationē et formā ei oppositā esse pncipia. velut musicā et in musicā. aut qualidū et frigidū. aut cōsonās et icōsonās. alio autē modo nō sūt cōtraria. sic subm ad alia duo cōpatū. qz talia nō sunt nata ab inuicē pati nisi ubi fuerit eis aliud subiectū. Igitur si dicatur q̄ contraria nō sunt principia qz talia nō patiuntur ab inuicem: soluitur hec objectio per hoc q̄ subiectum nō est contrarium forme vel priuationi cum possit esse sub utra qz. Quare considerādo sola cōtraria principia: sunt tantum duo. nec penitus sūt duo cum oporteat aliquid subici quod diuersū est ab utroqz contrariorum: et sic sunt tria. subiectū eīm ut homo et priuatio ut in musica habēt alterum et alterum esse. similiter es et in figuratū. Quot quidē sūt pncipia eoz que naturaliter generātur et qmodo tot sint et qm̄ oportet duobus cōtrarijs subici aliquod tertium dictū est. Sed tamē pnuatio quodā modo nō est pncipiū per se et neccessariū: cū alterū cōtrarioz. s. forma sit sufficiens ad faciēdam mutationē per suū pntiam et abundātiā. Subiecta ve ro natura. s. materia quā oportet subici duobus cōtrarijs: scibilis est per analogiā ad formā. sicut eīm in artificialibus se habet es ad statuā et lignū ad lectū et i naturalib⁹ vñūquodqz habentiū formā a natura de se dicitur in forme priusq̄ accipiat formā: sic materia se habet ad formā a qua est substātia quidditas et entitas rei. Unum igitur pncipiuz est forma nō sic vñū existens tanq̄ separatiū et per se ens hoc aliquid ut dicit plato: sed potius sicut ratio essendi. huic autē cōtraria est priuatio. et hec qmodo dicā tur duo et qmodo plura: dictū est. Primuz quidē in precedētibus dictuz est q̄ pncipia sunt cōtraria. deinde q̄ oportet eis aliquid subici et esse tria. nunc autē ex his ma nifestū est que differētia est iter cōtraria et qmodo se habēt pncipia ad inuicē. qz alterz cōtrarioz est pncipiuz per se. et aliud per accidēs. dictuz est etiā et quid est subiectum seu materia. utrum autē forma seu materia sit substātia rerū naturalium: nōdūm est dictum. sed q̄ tātum tria sunt principia et qmodo et quis modus iporum. Consideretur igitur ex dictis que et quot sunt principia.

Capitulum quatuor decimū quod sic incipit. Quod autē singulariter sic solui tur et c. Ex his que supra dicta sunt de principijs nature soluit defectuosas opiniones remouentium gñonem et corruptionē et multitudinez ab entibus. ostendens q̄ aliquid potest fieri ex aliquo per se vel per accidēs et ex ente actu vel potentia.

Quod autem ex dictis singulariter et non alio modo soluantur defectus anti quorum: dicendum post hoc prīm et enim querentes secundum philosophi am veritatem et naturam rerum diuerterunt in quamdam viam alienam a veritate ob debilitatem intellectus. et dixerunt non esse generationem nec corruptiō nem propter hoc q̄ necessarie est fieri quod sit aut ex ente aut ex non ente ex quibus utrisqz impossibile est fieri aliquid. ex ente quidem non fit aliquid: qz iam est. quod autem est: nō fit. Ex nō ente entiā non. qz ex nichilo nichil fit. quia subici oportet aliquid factio: si aliqd debet fieri per ipam. sic igit̄ augmentates i cōueniētia dicit̄ entia nō esse multa s̄ tantū vñū. illi itaqz ppter dictā causaz talia opati sunt. Pos autē dicim⁹

## Phisicorum

aliquid fieri ex ente vel ex nō ente. aut ens aut nō ens aliquid facere aut pati. et similiter saliter quodcumqz fieri ens vel nō ens uno modo simile est huic qdico medicum a liquido facere vel pati aut ex medico aliquid esse vel fieri sicut enim hoc dupliciter dicit ita et illa. medicus quidem enim bedificat non in quantum medicus: sed in quantuz bedificator. et fit albus et non in quantum medicus: sed in quantum niger. medicitur autem in quantum medicus. et similiter fit non medicus in quantum medicus. Et eodem modo intellige fieri aliquid exente non in quantum ens. et aliquid in quātum ens fieri ex non ente non in quantum non ens: sed in quantum ens. Quoniam autem tunc proprie et per se dicimus medicum aliquid facere aut pati et ex medico a liquido fieri quando hec insunt ei in quantum medicus. per accidens autē quando in sunt ei non in quantū medicus: eodem modo dicimus aliquid fieri per se ex ente quādo fit ex eo in quantum est et ex non ente quando fit ex ipso in quantum non est. quā distinctionem primi non aspicientes dereliquerunt veritatem et propter hanc ignorantiam opinati sunt nichil fieri nec esse nisi vnum. et sic abstulerunt generationem et corruptionem. Nos quidem itaqz dicimus nichil fieri simpliciter ex non ente: sed tamen potest fieri aliquid secundum accidens. Ex priuatione enim que quidem est per se non ens fit aliquid. non quidem in quantum est priuatio: sed in quantum in est subjecto exenti ex quo fit aliquid per se. licet mirabile videatur antiquis et impossibili le sic fieri aliquid ex eo quod non est. Similiter autem nec ex eo quod est in quantum est dicimus fieri aliquid. ita qz ens in quantum est non fit nisi secundum accidens. Sic enim dicimus fieri aliquid. ita qz ens in quantum ens non fit nisi secundum accidens. Sic enim dicimus aliquid fieri ex eo quod iam est. sicut dicimus quod ex ali fit animal. et ex quodam ut ex equo fiat quoddam animal ut canis. In bac enī factio ne fiet canis non solum ex equo sed etiam ex animali. non tamen fiet ex animali in qn tum animal est et per se cum iam sit animal aliquā ens. nam si ex animali debet fieri ali quid per se et non secundum accidens: fiet ex eo non in quantum est sed in quantum non est animal. Et asimili si quid per se debet fieri ens: fiet ex eo qz non est. non ex eo quod est simpliciter cum iam sit. nec simpliciter et per se ex eo quod nō est simpliciter: cum dictum sit supra qz illud quod est fieri per se ex non ente scilicet in quantuz est nō ens. s. per se sed fit ens per accidens sicut nichil. Preterea per ens in quantum est et per non ens in quantum non est non renocatur nec euacuatur omnis modus essendi et non essendi nec omne esse et non esse et ideo alii modi relinquunt ex quibus po test aliquid fieri et corrumphi. unus igitur modus fiendi hic est. Alius autem mo dus fiendi est qz contingit eandem rem esse in pō et in actu sicut magis certe determinatum est nono metaphysice fit autem aliquid per se ex ente in potentia: licet non fiat ex ēte in actu. Quare vere dictum est qz defectus antiquorū sic solvantur ex qui bus defectibus coacti remouerunt quedam principia et in tantum errauerunt qz ne gaudent generationem et corruptionem et oīno mutationem. Natura autem materia que est ens in potentia que quodāmodo est ens quodāmodo non ens ex qua fit aliquid per se visa et cognita a nobis: soluit omnem ignorantiam ipsorum.

Capitulum quindecimum quod sic incipit. Tangentes quidem igitur et alteri super ipsam et c. Declarat qz materia differt a priuatione et aliter est principium entium utrumqz ipsorum. et qz materia est ingenita et incorruptibilis.

## Primus

Angentes autem sunt alij naturam materie. sed in sufficienter propter duo.  
Primo qz confitentur simpliciter fieri aliquid ex eo quod non est. vocantes  
materiam non ens. licet sit contra rationem permenidis qua dicit qz nichil  
sit ex non ente. Secundo qz videtur ei si materia est idem numero cum priuatio  
ne no ponens in numero cum eadem per modum subjecti: qz etiam potentia et ratio  
ne sint idem. Sed hoc ultimum non est verum: qz plurimum differt materia a pri  
uatione. materia enim licet sit non ens secundum actum: tamen est in potentia. et sic  
non est simpliciter non ens. Preterea materia est propinqua forme: cum sit i po  
tētia ad ipsam. priuatio autem non: cum sit ei opposita. Quidam autem quod no est  
s. materiam quaz vocant non ens: dicunt esse magnum et paruum sive simul sumpta  
sive seorsum accepta. formam autem dicunt esse vnam ydeam. vnde et bī tria princi  
pia faciunt. licet hic modus trinitatis sit aliis a predicto. usqz tamē ad hoc peruenie  
runt qz oportet aliquam materiam subici et hanc esse vnam. Nam et illi qui dua  
litatem dicunt magnum. s. et paruum: ipsam naturā subiectam faciunt idem et vna.  
alteram. s. priuationem enim despiciunt. Subiecta quidem igitur natura. s. mate  
ria cum forma causa est eorum que sunt sicut mater est causa prolis. altera autē pars  
contrarietatis. s. priuationem contrarium ipsi esse dicimus. aliud autem. s. materi  
am esse aptum natum appetere et desiderare ipsum. s. formam secundi sui ipsius na  
turam. Quibusdam igitur dicentibus priuationem et materia esse idem simpliciter  
accidit dicere contrarium forme. s. priuationē appetere sui ipsius corruptionem: cum  
materia appetat formā appositam priuationi. nec secundum eos possibile esset mate  
riam appetere formam. quia non indigeret ea: ex quo priuatio esset de essentia ma  
terie. Neqz enim contrarium appetit ad contrarium cum sint adiuvicem corruptia.  
nichil at appetit naturaliter suam corruptionem principium ergo appetens formam  
non est priuatio: sed materia. hoc enim appetit formā tanquam perfectionē suam. sic  
femina appetit masculum. et turpe bonum seu pulcrum. non quod materia per se sit  
aliquid turpe: sed per accidens videlicet propter annexam priuationem. Corrum  
pitur autem et fit materia aliquo modo: et aliquo modo non. secundum enim quod  
est subjectum in quo est priuatio: hoc modo per se corruptitur in quātum ipsa priua  
tio que est in ea corruptitur. In quātum autem est ens in potentia: per se non corru  
pitur sed oportet eam esse ingenitam et incorruptibilem quod sic patet. Si enim fiat  
materia: oportet aliquid subici primum ex quo fiat: hoc autem quod primū subicitur  
factioni: est hec natura. s. materia. quare erit antequam fiat. voco enim materiam  
primum subjectum vnius cuiusqz factionis ex quo per se et non secundum accidentis  
fit aliquid cum insit in refacta. Et etiam incorruptibilis. nam si corruptitur: stabit ul  
ti ma resolutio ad ipsā et non secundum accidentis ac per hoc corrupta erit anteqz cor  
ruptatur. qz remanebit preter corruptionem. hec ergo dicta sunt de materia. De  
principio autem formalium utrum vnum aut plura et quot aut que sunt: magis pertinet  
determinare ad primam philosophiam. et ideo ad illam relinquatur. de speciebus  
autem et formis naturalibus posterius determinemus. Que quidem sint aliqua  
principia nature que et quot sic a nobis determinetur sed incipiamus. aliquid princi  
pium ad dicenda.

## Phisicorum

**E**orum que sunt alia quidem natura sunt. alia vero propter alias causas et cetera. Huius secundi libri phisicorum capitulum primum in vestigat diffinitionem nature ostendens que sunt habentia naturam et que secundum naturam et quod rediculum est velle demonstrare naturam cause.

**D**rum que sunt alia quidem sunt per naturam. alia vero per alias causas ut est ars et fortuna. Natura quidem sunt animalia et eorum partes et planeta. et corpora simplicia vocata elementa ut terra ignis aer et aqua. hec enim et similia dicimus esse per naturam. omnia autem predicta videntur differre ab aliis que non existunt per naturam per hoc quod habent in seipsis principium motus et status. et hoc principium in aliquibus eorum est secundum locum. in aliis secundum augmentum et detrimentum. ut in vegetabilibus. In aliis vero secundum alterationem Lectulus vero et indumentum et quodlibet aliud quod sortitur nomen artificialis in quantum est ab arte: nullum habet innatum principium mutationis in se. licet in quantum contingit talia esse aliquid naturale puta lapidea aut terrea aut mixta ex naturalibus: secundum hoc habent in se principium motus et status. Est igitur natura principium alicuius et causa mouendi et quiescendi eius in quo est primum per se et non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens: sicut per accidens aliquis est ipse sibi causa sanitatis cum sit homo medicus. non enim secundum quod sanatur medicinam habet: sed accedit eundem esse medicum et sanari. quod patet quod aliunde ab inuicem separantur scilicet medicus et sanus. Ita quod aliquis sanatur qui non est medicus. Similiter autem et unumquodque aliorum que sunt ab arte se habet quod nullum ipsum habet in se ipso principium factio[n]is sed aliqua quidem artificialia habent hoc principium in aliis et ab extrinseco ut domus et unumquodque fabricatum manu. alia vero habent tale principium in seipsis non secundum se ipsa sed per accidentem ut quecumque sunt sibi ipsis cause per accidentem. Est igitur natura principium per se intra ut dictum est. Naturam habent autem quecumque habent huius principium. scilicet motus et quietis. et hec omnia sunt subiecta quedam nature cum natura sit quoddam subiectum. et ut est tale principium: semper fit in quedam subiecto Secundum naturam autem sunt ea subiecta quibus est natura. et etiam quecumque propriæ passiones in sunt eis secundum se ut ignis qui est materia inest ferri sursu: hec non est natura ignis nec habet naturam eius: sed tamen inest ei a natura et secundum naturam. Dictum est igitur quid est natura. et quid habere naturam. et quid esse secundum naturam. Quod autem natura sit temptare monstrare: rediculum est. cum manifestum sit ex evidentiâ rerum que natura sunt ipsum esse. velleat monstrare manifesta: est hominis non potentis discernere inter per se notum et non per se notum. Quod autem contingat aliquem hoc pati: manifestum est. sillogizat enim census natus decoribus: cum habeat noticiam solum de nominib[us] ipsorum nichil autem intelligat de ratione formalis ipsorum.

**C**apitulum secundum quod sic incipit videtur autem natura et substantia eorum que natura sunt et cetera. Declarat quod natura dicitur de materia et forma que est ratio essendi et etiam de forma totius.

v Idetur autem natura et substantia eorum que sunt illud quod simpliciter

## Secundus

Principiū inest vnicuiqz nō formatū dese: scilicet materia. quēadmodū lignū est natura lectuli et es statue. Signū aut̄ hui⁹ ē qz illō ē naſa rei cui producitur simile: si aliquid producatur per ipam. sicut aut̄ dicit antiphō. Si aliquis proiecerit lectulū in terra et putrescēs accipiat potentia germinādi: nō fiet lectulus sed lignū. tanq̄ si dicat dispōnes introductas scđm legē artis: ēſſe ens scđm accidēs. substantia aut̄ illā que perma net patiēs successiue tales dispōnes: naturā. itaqz in artificialibus natura est substatiā in qua fuit tales. Si aut̄ in naturalibus aliqua ad vnum eodē modo se hñt quod susti nuerit successioēs eoz: quēadmodū es et aurū tāq̄ forme: ad aquā tanq̄ ad materiā. ossa aut̄ et ligna: ad terrā. et sic de alijs hñtibus eandē materiā. hanc dicimus esse na turā et substatiā ipoz. Unde sane antiquoz bi quidē terrā. alij ignem. alij aerem. quidā vero aquā. quidā aut̄ aliqua horū et aliqui oīa hec. s. quattuor elemēta faciūt na turā et substatiā entiū. Quot cim et q̄ de predictis quisqz supposuit esse principia ma terialia entiū sive vnu sive plura: tot et talia dixit esse substatiā et naturā eoz. Alia ve ro ab his dixit esse passiones habitus et dispōnes boz. Itaqz vnuquodqz illoz pncipioz est perpetuū neqz ipis inest mutatio scđm se ipsa. Alia vero qnibus disponuntur fieri et corrūpi infiniti es. Uno quidē modo natura dicitur pmo modo subiecta vnicuiqz hñtium in seipis pncipiū mutationis quietis et motus. Alio autē modo natura dicitur forma specifica. q̄ est ratio essendi. sicut eim qđ est scđm artē dicit ars et artificiosū: ita q̄ est scđm naturā dicitur natura et naturale. et sicut nō dicim⁹ subiectū habere aliquid scđm arte quādo tanū est in potētia aliquod artificiale ut lectulus eo q̄ nondū habet formā lectuli nec adbuc est scđm arte: sic in naturalibus entia in po tētia tanū vt pote poētia caro et os nō dicimus esse naturā. qz nō hñt adbuc propriā naturā priusq̄ accipiat formā et spēm aqua sumit̄ ratio qua diffiniētes dicimus quid est caro aut os. Caro itaqz et os in potētia nō est natura hoc modo dicta. Querit alio modo a materia natura erit forma et spēs habentū in seipis pncipiū mot⁹. neqz ipsa forma ita est natura q̄ sit inseparabilis a materia oīo. qz licet actu nō separetur: tamē ratione ē separabilis et diversa ab ea. Quod autē ex his. s. materia et forma: non est natura sed a natura. ut homo. Et forma magis est natura q̄ materia. Qd sic patet vnuquodqz magis dicitur tale quando est actu idem: q̄ quādo est potentia. per formā autem tanq̄ per actum aliquid est actu in natura. Amplius illud ē na turā in quo producens assimilatur producto et ecōtrario. hoc autē est forma. nam fit ex homine homo qui assimilatur in forma. non autē fit lectulus ex lecto. qz forma lectuli nō est naturalis sed artificialis. Et ideo bene dicunt antiqui q̄ figura nō est natura le ctuli sed potius lignum. qm̄ si germinet: nō fit ex eo lectulus: sed lignum. Si ergo si gura est ars: forma in qua assimilantur producēs et productum est natura. ut forma bois. fit eim ex homine homo. Amplius ppter formā generatio dicitur via i natu ram. ergo et maxime forma est natura. dicitur eim ipsa natura generatio que est via i naturam. nō eim sicut medicatio est via in sanitatem non in medicinā: qz necesse est a medicatione nō esse viam in medicinam cum sit principium eius sed in sanitatē que est terminus. nō sic autem generatio se habet ad formā et naturam. qz etiam est ab ea tanquā a principio et est via ad formam ipsā tanquā ad terminum. qz quod nascitur per generationem venit ex quodam incompleto in quoddam completum secundū q̄ nascitur et per generationem. quod ergo per generationē nascitur nominatur no minatiū nō a termino ex quo sed ab eo in quod. et tale est forma. ergo ipa est natura. Sed forma et natura intelligitur dupliciter. s. ipsa forma et eius privatio. prout

## Phisicorum

habet reduci ad formā. Utrum autē circa gñonez substātie q̄ simpler est p̄uatio sit contrariū forme: posterius sit cōsiderandū. Nippole in quinto huius et in libro de gene ratione.

Capituluz tertiuſ quod sic incipit. Qm̄ a utē determinatū est quo modis na tura dicitur et c̄. Q̄ st̄dit dñam pbici et methaphbici q̄ licet circa eadē sit eorū cōsideratio tamē potius cōsiderat ea q̄ sunt in materia. Mathematicus aut̄ eadem considerat preter rationem materie.

Moniā determinatū est quo modis natura dicitur: p̄mo hic cōsiderandū est quomodo differt mathematicus a pbico. cum eoꝝ cōsideratio circa eadez vi deatur. Et eīm pbica corpora hñt planicie et soliditatē logitudines et pūcta quibus mathematicus intēdit. Amplius astrologia est quedā pbica vel pars ipsius: igitur pbica est de his q̄ considerātur in astrologia qualia sūt sol et luna. Si ergo pbici est scire quid sol luna et astra: incōueniēs est ipam nō considerare accidētia q̄ per se insint ipis. cum eadem scientia cōsiderat subjectum et per se accidētia eius. Pre terea naturales vidētur tractare de figura solis et lune et utrum terra et mundus sint corpora sperica an nō circa que oīa est mathematica. Dicēdū est igitur q̄ de his negociatūr mathematicus: sed nō in quātuꝝ vñiquodqz ipoꝝ est terminus corporis pbici. accidētia etiā que sunt i talibus corporib⁹ speculatur: sed nō in quātuꝝ accidit vel existunt i eis. vnde et abstrahit rationē eoꝝ a ratione corporis pbici. abstracta ve ro a motu sunt: nō quidē scđm rem: sed scđm rationē. et nichil realiter difert ratio talis cōsiderata absqz materia sensibili a se ipa ut in tali materia existit. nec fit abstrabentū mēdatum. cum nō scđm rem sed scđm cōsiderationē abstrahat. Latet autē hic mo dus abstrahēdi ponētes ydeas separatas. q̄ ipi abstrahūt naturalia realiter asēsibilis que minus sunt abstrata mathematicis. et sic minus abstrabibile magis abstrahunt.

Fiet aut̄ magnifestū q̄ dicto modo drūnt pbicus et mathematicus si quis tēptauere assignare dissinitiones subjectoz et accidētiuz eoꝝ que ab utroqz cōsiderātur. Im par eīm et par. recta et curuum. similiter linea et figura prout a mathematico cōside ratūr dissingtonur sine motu. Caro autē os et homo et alia pbica cū motu et materia: sicut simitas que est curuitas in materia nasi. et nō sicut curuū nō determinat neqz su bi decernit materia. Demōstrāt autē hoc ipm sciētie que magis sunt pbice q̄z ma thematicē. ut perspectiva musica et astrologia. iste eīm cōtrario quodāmodo se hñt cū geometria. q̄ hec intēdit de linea pbica nō in quātum pbica est. perspectiva vero line am mathematicam considerat non in quātum mathematica: sed in quantum pbica. scilicet in quantum est visualis.

Capituluz quartū quod sic incipit. Qm̄ autē natura dicitur dūr species. s. et ma teria et c̄. Premiso q̄ natura dicitur tam de materia q̄ forma: probat q̄ ad pbicum pertinet considerare de utraqz.

Moniā autē natura dicitur tam forma q̄z materia: sicut de simo qđ est in mate ria pbica sicut in naso cōsideratur utruqz qđ dicit formā in materia: sic in oīb⁹ pbicis cōsideratio pbica solū sed cōsiderat de materia et de forma. Dubi tatur autē primo cuꝝ materia et forma sint due nature: de qua iparuz est pbica. ad qm̄ dicēdū est q̄ est ex utraqz et etiā de qualibet iparum. Secundo cōcessō q̄ est circa utraqz et de eo qđ est exutrisqz: dubitatur utru eiudē sciētie aut diuersarū sit utraqz cognoscere. ad qđ dicēdū q̄ aspiciēti in dicta antiquoz videtur cōsideratio pbici versa ti circa materiā et esse p̄ncipal' materie. ex parua eīm parte empe. et democrit⁹ formā

b .j.



## Tertius

et quidditatē tetigerunt. Secundū veritatē aut̄ eiusdē sciētie est utrāqz cognoscere Si eīm ars īmitatur naturā. eiusdē autē artis est cognoscere formā et materiam usqz ad id qđ requirit forma iōius. ut medici sanitatē tanqz formā et humores in quib⁹ est sanitas tanqz in materia. similiter hedificatoris formā domus et etiā materiā qui lateres et ligna apta sunt ad formā. et ita de alijs scientijs artificialibus: utiqz et p̄bici erit utrasqz cognoscere naturas. Preterea eiusdē sciētie est cognoscere finē qui est cuius causa sūt alia et ea q̄ sunt propter finē. natura autē forme est propter quā est materia et cuius causa sit quicquid sit in materia. qđ sic patet quoꝝ ei est aliquis finis motus exītis cōtinui: id est ultimū eoz et cuius causa sit motus: si sit cōplementū eorum. vnde derisorū est q̄ poeta in descriptione finis apposuit dicere hunc finē cuius causa factum est. qm̄ nō om̄e ultimū vult esse finē: sed optimū. et hoc magnificētū est in artibus. nam aliq̄ artes disponūt materiā simplē nullā introducēdo formā. alie opose et subtiliter aliquā formam introducēdo sed tamē hec nō est finis iparum q̄zqz sit ultimū: sed potius finis artificiorum oīm. sumus nos qui utimur omnībus tanqz propter nos factis q̄ quodammodo sumus finis oīm. duplex eīm dicitur finis sicut in prima p̄phia dictum est. intra rem et hec est forma rei. et extra ipam quomodo sumus alioꝝ finis. Quod autē in artificialibus materia sit propter formā: probatur ex hoc q̄ due artes sūt q̄ cognoscunt̄ materiā et p̄ncipāt̄ ei videlicet usualis q̄ utiſ re facta. et factia artificiati. hec eīm respectu illius q̄ materiā preparat̄ architectonica est et p̄ncipal̄ usūalis etiā aliquo modo est architectonica seu p̄ncipalis. Differt autē hec architectonica a precedēti que est factia. q̄ usualis p̄ncipalis est in cognoscēdo formā. alia autē factiua: materie. gubernator eīm qui regit nauē per usualē cognoscit qualis sit species themonis et instituit eum qui habet artē factiua nauis qualē spēm et formā themois faciat. hic autē. s. factiūs cognoscit ex quo ligno et qualib⁹ etiāz materialibus erit bonus themō. In his igitur q̄ sūt scđm artē nos preparamus materiā ppter opus et sic ppter formā ad opus requiātā. sed i p̄biciis materia inest ppter formā. Ampli⁹ materia est de numero eoz q̄ sunt ad aliquid. habet ei respectuz ad formā. qđ patet ex hoc q̄ determinata forma est in materia determinata. eius autē scie est correlativa cōsiderare. Si autē queratur usqz ad quātū terminū sit p̄bici cōsiderare de forma q̄ est ratio quidditatis rei: dicēduꝝ est q̄ tātū quātū pertinet ad finē suū qui videtur cōsistere in ente subjecto trāsmutatiōni. Quēadmodū eīm medicus neruū et faber es cōsiderāt prout habet ordinē ad finē intentū: ita et p̄bicus cōsiderat formā ut cōtingit fini intēto ab eo. vnde et ex hac ratione cōsiderat formas q̄ sunt separate a corruptione tamē sunt in materia. ut est solis et alia q̄ cōcurrunt ad ḡnōne forme naturalis qualis est humana. homo ei generat hoiez et sol. Duomodo autē se habet hec forma separabilis a ḡnōne et corruptione et quid sit: p̄me p̄bice est considerare.

Capitulum quintum quod sic incipit. Determinatis autem his determinādum est de causis et c. D̄ stendit primo que et quot sunt cause. secundo q̄ contingit omnes per se concurrere ad vnum effectum. tertio q̄ contingit vnam earum in suo genere causandi esse causam alterius et econtrario. quarto q̄ eadem potest esse causa contrariorum.

Eterminatis autem predictis: determinandum est que et quot sunt cause. Nam hoc negocium est gratia sciendi. non opinamur autem scire aliquid: anteqz accipiamus primam causam propterqz est. Et ideo hec nobis facien

## Phisicorum

dū est quātū ad ḡfionē et corruptionē et oēm p̄bicā mutationē. q̄tenq̄ sciētcs p̄ncipia sp̄oz possim⁹ reducere vñūqdqz q̄sitor⁹ in causā p̄mā. Uno qdē modo dicitur causa illō ex quo fit aliqd cū insit in re facta. et hoc modo materia est causa. sicut es est causa statue. et argētum fiale. et genera superiora eris et argēti videlicet metallū et similia.

Alio modo causa est forma q̄ dicitur species et exēpluz et hec est ratio quidditatis. hec eīm et etiā genera ipius causa est. ut proportio dupla est causa diapason. et numerus qui est genus duoz̄ hoc autē modo partes dissimilatiois sunt causa dissimilitudini. Ter tio dicitur causa primū p̄ncipium permutatiois aut quietis et deliberās deliberati. et pater filij. et oīno faciēs: facti. et permutās causa est permutati. Quarto modo si nis cuius grā alia fiunt causa est. ut sanitas est causa ambulādi. interrogāti eīm ppter quid ambulat: dicimus ut sanetur. Et sic opinamur assignare causam. Quaecunq̄ au tem media sunt inter p̄ncipiū mouēs et finē: sūt propter finē. sicut attenuatio purgō instrā et potionēs sunt grā sanitatis que est finis. differunt tamē talia media ab inuicē qz quedā sunt opatiōs. quedā sunt instrā. oīa tamen sunt propter finē. Causē igitur fe re tot modis sunt. Lōtingit autē multipli dictis causis: eiusdē effectus esse per se et nō per accidēs multas causas. sicut statue per se et scđm q̄ est statua: causa est ars statuifica et etiā es. sed nō eodē modo. qz es. est ut materia. statuifica vero: ut vnde p̄ncipiū motus. Sunt autē quedā que ad inuicē sibi ipis sunt cause. tamē in diuerso gene re causandi ut exercitū causa efficiēs est bone dispositiois. et hec est causa finalis exercitij. Amplius eadē causa potest esse cōtrarioz̄. nam id qd̄ per sui p̄sentiam causa ē alicuius effectus: per sui absentiam aliquādo est causa sui cōtrarij. ut absentia gubernatoris causa est submersiois nauis: cuius p̄sētia erat causa salutis. Dīs igitur nunc dicte cause reducuntur ad quattuor modos magnificissimos. littere ei respectu fillabarū materia respectu vasoz̄. et ignis cum alijs elemētis respectu mixti et partes respectu totius et premissē respectu cōclusionis sunt cause materiales q̄ dicitur causa ex qua. Nam de numero harum partes sunt sicut subjectū ex quo fit totum. Aliie autē cause his correspondētes: videlicet totum cōpositio et spēs sunt forme que dāt esse re bus. Semē autē et medicus et consiliās et om̄e faciēs: cause sunt om̄is ut vnde p̄ncipiū motus aut status aut mutationis. Aliie autē sunt sicut finis et bonū alioz̄. et bene dico bonū alioz̄: qz causa grā cuius sunt cetera: potissima. et om̄is volunt q̄ hec sit finis alioz̄. nichil autem differt ad propositum eandem causam dicere bonam vel ap parentem Causē igitur hec et tot sunt.

*ppm 76 r̄ remata.*  
Capitulum sextum quod sic incipit. Modis autem causarū numero quidem sunt multi et c. Declarat quot sunt modi causarum et etiam effectuum et q̄s habitudines habent ad inuicem causa et effectus.

*p̄ se p̄ artis.*  
Di autem particulares causarum numero sunt multi principales autē ad quos om̄is reducuntur sunt pauciores. dicitur eīm cause esse eiusdem generis alie priores alie posteriores sine propinquiores. ut in genere cause efficiētis propinquior causa sanitatis est medicus qz artifex. et in genere cause formalis: propinquior causa dyapason est duplum q̄ numerus. semper enim superius et cōtinens remotior causa est ad quemlibet effectum. Amplius alie sunt cause per se. alie per accidēs ita q̄ om̄e superius ad causam per accidēs est etiam causa per accidēs verbi gratia statue per se est causa statuam faciens per accidēs autem pullicletus quo niā accidēt statuifico q̄ sit pollicletus. Et similiter homo et animal que sunt superio ra respectu pollicleti. Causaz̄ autē per accidēs alie sunt propinquiores effectib⁹ b .ij.

## Tertius

alie remotores ut si albus et musicus dicantur causa statue proprioz: licet sit per accidentem causa est musicus qz albus. qz musica est in eodē subjecto. s. in intellectu cum statuifica que est per se causa statue. albedo autē in alio. Preter autē causas per se et per accidentes alie sunt cause in potentia. alie in actu. ut dominicator in potentia causa est hedificādi domū in potentia. et actu: in actu. Similiter autē effectus causarū dicuntur tot modis quot et cause. ut effectus prior et posterior siue propinquior et remotior ut huius modi cause que est statua faciēs: prior effectus est hec statua. posterior vero statua in comuni. ad hoc posterior: ymago. et es. et materia. et eodē modo in accidentibus est eīm effectus aliis per se aliis per accidentes. Similē quidā est effectus in actu quidā in potentia. Amplius aliquādo cause dicuntur simplē. ut quādo una sola causa assignatur effectui siue sit causa per se siue per accidentes. aliquādo dicuntur cōplexe ut quando alicuius effectus simul assignātur causa per se et per accidentes ut pollicetus statuificus dicitur causa statue. Sed tamē quilibet horum sex modorū. s. propinquus et remotus per se et per accidentes simplex et cōpositus: potest accipi actu vel potentia.

Dissert autē in tātum huiusmodi acceptio. qz causa singularis actu cāns: similis ē cum suo effectu infieri. et non est quando effectus nō est vel nō fit. ut hic medicās actus: sim. ilis est cū fieri sanitatis huius qui sanatur. et hic hedificās: cum hedificari huius hedificij. Cause vero in potentia nō semper sunt simul cum suis effectibus. dom9 eīm potest esse actu suo: hedificatore nullo modo existente. qz nō simul corrūpitur ipo corrupto. Portet autē volentē reddere propriā causam cuiuslibet effectus semp querere sumā que est primo et per se causa ut homo hedificat. quare: qz est hedificator hoc autē est propter hedificatiā. et hec est prima et per se causa. et ita in oībus causis alijs. Ampli9 aliquādo assignātur cause generales effectū in generali. ut statue: statuificus. aliquādo singulares: singulariū. ut huius statue: hic statuificus. et eodem modo cause in potentia effectū in potentia. et cause in actu: effectū in actu. Quot ergo et quomodo sint cause sufficiat sic determinasse.

Capitulū septimū quod sic incipit. Dicitur autē fortuna et casus et c. Propositis his que dicēdā sunt de fortuna et casu: primo improbat opinionē dicētium nichil fieri a fortuna. secūdo dicentū ordinē et motū celestis esse ex fortuna. tertio recitat opinionē dicentū fortunā esse aliquid dininū.

Scitur autē fortuna et casus de numero causarū. multa etiā dicuntur esse et fieri propter fortunā et casum. Considerādum est igitur quomodo reducātur ad causas predictas. et utrum dissert inter se. Quidam eīm dubitat utrum aliquid sint aut nichil sint fortuna et casus dicentes nichil fieri ab ipsis sed oīm esse aliquā determinata causā etiā eorum qz nos dicimus fieri a fortuna et casu. ut venientes in foro reperire quē volebat quē tamē ante non est opinatus se inuenturū: causa est nō fortuna nec casus: sed voluntas veniendi ad aliquid emendū. et eodes modo in alijs que a fortuna dicuntur fieri semper est accipere aliquam causam determinatam et nō fortunam. Confirmant autem opinionem suam ex hoc quoniam si fortuna aliquid est: in conueniens videtur sicut et vere in conueniens est et satis auget banc dubitationem quare nullus antiquorum sapientium tractans de generatione et corruptione determinauit aliquid de fortuna: sed visum est eis nichil generabilium fieri ab ea. Sed hoc etiam videtur et est mirabile: cum multa sint et fiant a fortuna et casu que predicti non ignorantes esse cognati sunt reducere vñūquodqz iþorum in aliquā determinatam causam eorum que sunt sicut dixit antiqua opinio destruēs fortunam.

De fortuna et casu.

## Phisicorum

et casum. in hoc tamē om̄s cōueniunt q̄ eorum que sic fiunt alia quidē dicit esse a for-  
tuna. alia vero nō. vnde aliquo modo erat eius sienda memoria. Quānis eim ali-  
qui iōrum opinarentur fortunā nō esse causam determinatā sicut est amicicia aut lis  
aut ignis aut intellect⁹: incōueniēs est tamē iōpis antiquis siue putatēs eam esse sine non  
absolute reliquerūt eam utentes tamen ipsa aliquando in dictis suis. Empe. dicit nō  
semper aerem superius cōgregari: sed sicut accidit et contingit. i. casualiter. dicit eim  
q̄ in prima mundi creatione sic collisit se scđm cursū multociēs contingentē. multoci-  
ens aut aliter collisit se postea. plurimas etiā partes aīalium ait fieri a fortuna. Sūt  
autē alij qui celi et oīm corporū superiorū mundi causā dicūt esse fortunā et casū aiunt  
eim a casu fieri circularē motū celi qui sua regularitate discernit et statuit totū ordinez  
vniuersi. Et multū hoc est dignū admiratione. cum dicant aīalia et plantas nec ces-  
se nec fieri a fortuna sed a natura aut ab intellectu aut ab alia determinata causa. quod  
probāt ex hoc q̄r non sit quoddlibet ex quolibet sed determinatus ex determinato. ut ex  
tali semine sit oliva. ex tali autē homo. celum autē et superiora que manifesta sunt no-  
bis esse diuiniora predictis dicunt fieri a casu: nec iōrum esse aliquā talē causam qua-  
lem aīalium et plantarū. Igitur si hec ita se habent: dignū est insistere de hoc aliquid  
investigare. Quomodo alijs omissis. hoc solum nō est incōueniēs. q̄ vidētes i ce-  
lo nichil fieri a casu in inferioribus autē que nō dicunt fieri a casu multa fieri cōtingē-  
ter. dicūt tamē in celo multa fieri a casu in inferioribus aut nichil. vnde in merito dicen-  
dum fuit ab eis ecōtrario fieri. Sunt et alij quibus videtur fortuna aliquid esse. ta-  
mē dicunt q̄ est immanifesta intellectui humano tanq̄ aliquid felicius et diuinū.  
Considerandū est igitur quid sit fortuna et casus. et utrum sint idem aut differant et  
tertio. quo incident in aliquam de causis predictis.

**C**apitulū octauū quod sic incipit. Prīmū quidē igitur qm̄ videm⁹ et ē. In  
uestigans quid est fortuna et casus maiat q̄ sunt in his que fiunt propter finē  
qr̄ talia fiunt a casu per accidēs. Ad sciendū quid est fortuna et casus: primū  
cōsiderandū est q̄ sicut videm⁹ alia fiunt semper eodē modo. alia vero freqūr  
et vniiformiter fiunt. et neutrum horum est a fortuna: cum ipa sit causa tantuz  
illius q̄ nec semper et ex neccesitate fit nec frequenter.

**A**noniam autē aliqua fiunt preter duos modos predictos et hec om̄s dicunt  
fieri a fortuna patet q̄ aliquid est fortuna et casus. talia eim dicim⁹ fieri a for-  
tuna: et que ab ipa fiunt talia dicimus esse. Ad conoscedendū autē quid et in  
quibus est fortuna et casus: attēdendū est q̄ eorum que fiunt alia quidem fiunt propter  
finem. alia vero non. Et eorum que propter finem: alia quidem fiunt a proposito  
alia vero a natura. ambo autem videlicet quecti⁹ ab intellectu et quecti⁹ fiunt a na-  
tura aguntur: fiunt propter finem. Quare manifestū est q̄ eorū que fiunt ex neccesi-  
tate et sicut frequenter quedā fiunt propter finē ut ea q̄ aguntur ab intellectu. et que a  
natura huius. Itaqz cum fiant: a causa per accidens dicimus esse vel fieri a fortu-  
na. Sicut enim quoddam ens est per se et quo'dam per accidens: sic potest esse cau-  
sa per se et per accidens. ut domus: causa per se est hedificatiua. et hec finita et decer-  
minata. per accidens autem: causa domus est album aut musicum. et hec est infini-  
ta. quia infinita vni accidentum. Sicut igitur dictum est. cum in his que fiunt prop-  
ter finē aliquid sit a casu per accidens: hoc dicitur a casu et fortuna. Istorum au-  
tem differetia posterius determinabitur. hoc tamen nunc sit manifestū q̄ utraqz  
sunt in his que fiunt propter finem. verbi gratia Quis venit ad villā causa accipiendi

## Secundus

argentum contingit ipsum reperire aliam peccuniā propter quā accipiendam venisset utiqz si scūisset ibidem eam esse: sed tamen nesciuit et sic non venit propter hanc reportandam: sed accidit eum sic venientem eam reperire et reportare. hoc autem neqz sicut frequenter neqz ex necessitate facit veniens ad villam. Amplius hic finis qui est reportatio illius peccunie non est natura; sed a proposito et ab intellectu. fortuna enim proprie est in his que a proposito fiunt quando aliquid evenit preter propositū. Nam si proponens aliquis finem quem ad semper aut frequenter consequitur: hoc non est a fortuna. Manifestum itaqz q̄ diffinitive fortuna est causa scđm accidēs in his que fiunt propter finem a proposito. Unde circa idem est intellectus et fortuna. q̄ propositum non est sine intellectu.

*Difinition fortunae.*  
Capitulū nonū quod sic incipit. Infinitas quidē igitur causas necesse est esse et c. Concludit ex dictis q̄ fortuna est causa indeterminata et in manifesta ut dicit ultima opinio et q̄ aliquo modo nullius est causa ut dixit prima et q̄ est causa preter rationem ut dicit secunda adiungens quid bona et mala fortuna dicitur.

Infinitas causas necesse est esse a quibus sit illud quod est a fortuna cum hec sit scđm accidens et infinita vni accidere possūt: vnde videtur fortuna esse indeterminata in se et homini inmanifesta. Videlur etiam bene dictum q̄ nichil sit a fortuna. licet eīm aliquid fiat ab ea per accidēs: per se tamē et simplē nichil sit ab ipa. per se quidē dico: sicut dominicator est causa domus. per accidēs aut: tibicen. Et q̄ quis veniat ad locū a quo reportat peccuniā cuius gratia nō venit: infinite p̄nt esse cause scđm naturam. Nam venire potuit causa vendēdi vel persequēdo hostem vel fugiendo. vel causa videndi amicū. Et dicere fortunā esse extra rationē. rectū est. cum ratio sit eorum que sunt semper aut sicut frequēter extra que est fortuna. Qm̄ igitur infinite sunt cause ex quibus prouenire potest id qđ dicitur esse a fortuna et ideo et ipa est infinita. Tamē in quibusdā dubitabit aliquis que cōtingētes sint cause fortune: et que nō. Sanitati eīm causa fortuita aliquādo est ventus. aut eustus. sed tamē depilatio nō est fortuita causa: que tamē videtur contingēs et per accidēs. Inter causas autē fortuitas et per accidēs: alie alijs sunt proximiores effectibus qui proueniunt ex eis. et sic magis et minus aliquid evenit a fortuna. Fortuna autē dicitur bona cum bonū aliquid evenit. praua vero: cum prauū. Sed euafortunū et disfornium: cum evenit magnū bonū vel magnū malū. vnde homo exīs secus magnū malum si ipm euadit: dicitur euafortunatus. et cum hoc est quoddā eu contingere. Si aut̄ propinquus sit quis magno bono et nō consequitur ipm: dicitur infortunatus et hoc qđ dam discontingere. Intellectus eīm de utroqz dicit sicut est in re. quod eīm parū distat ab aliquo: iam ipm habere videtur. Amplius autē euafortunū incertū est: sicut et fortuna: cum nō sit nec in his q̄ sunt semp nec sicut frequenter. Sunt igitur fortuna et casus in contingentibus fieri scđm accidens nō ut semper nec ut frequēter sūt. sed eorum que raro accidunt.

Capitulū decimū quod sic incipit. Dr̄n̄t autem qm̄ casus in amplius est et c. Assignans differentiam inter fortunā et casum. ostendit fortunā esse solū in oībus agentibus propter finem.

Iffert autem fortuna a casu. quoniam hic est in plus. Quod enim est a fortuna: est etiam a casu. Sed nō om̄e quod est a casu: est etiam a fortuna. hec eīm est aliquid solum in illis quibus inest eucontingere et oīo actio pratica. vnde

## Phisicorum

neccesse est fortunā esse circa actionem praticā. cuius signum est qz bona fortuna videretur esse idem felicitati aut ei propinquā. felicitas est quedam actio pratici intellect⁹ et bene dico quedā: qz non est om̄is praxis sed eupraxis. i. bona operatio. Quare quibusqz nō contingit agere a proposito: nec a fortuna aliquid facere contingit eisdem. propter quod nullum inasatuz nec insans nec bestia facit aliquid a fortuna sicut nichil facit a proposito. nec in his etiam inest euſtunuz nisi scđm similitudinē. sicut dicit protharcos eufortunatos lapides ex quibus fiunt altaria cum honorētur. et collaterales conculcentur. Talibus eim inest pati a fortuna quādo agens a proposito aliquid fortuito agit circa ipos. aliter autē non. Casus autem est in alijs aſalibus qz in habentibus propositum. est etiam in rebus inaſatis. equus eim veniēs sine ſeffore domū: ſaluatus est a caſu. qz nō venit caſa ſalutis. et tripoda cadens parata ad ſeffionem: caſu ſic cecidit cum nō ceciderit caſa ſedendi. Quare manifestū est qz quādo in his que vlf fiunt propter finem aliquid accidit propter quod nō fiunt: hoc dicimus fieri a caſu. a fortuna vero: ſi hoc accidat in agentibus a proposito. Signum autē qz caſus fit in agentibus propter finem ethoc quod dicimus vanū ſeu fruſtra. quādo eim finis propter quem aliquid fit nō euenit: dicitur factū vanū ſuſtra. verbi gratia ut ſi ambulantī caſa diſpoſitio nis nō fiat diſpoſitio: fruſtra deambulasse dicitur ſuſtra vananqz hoc fiat fruſtra qd aptum natū est eſſe alterius caſa cū nō includit ipm cuius caſua eſt aptū natū. quod in eius oppoſito patet Nam ſi aliquis dicat ſe fruſtra balneatum qz non deficit ſol: derisorū erit. qz balneatio eius nō ordinatur ad hoc qz ſol eclipsaretur. Sic igitur quod fit fruſtra dicitur vanum et anthomatuſ. ut la-  
pis caſua percutiendi emiſſus non percutiat: ab eo qd anthomatuſ eſt cecidit a caſu et fruſtra. fruſtra quidem: qz ex hoc nō prouenit finis intentus. a caſu vero: qz aliud euenit qz finis intentus. Maxime autē caſus separatur a fortuna in his que a natu-  
ra fiunt in quibus id quod euenit extra naturā nō dicitur fieri a fortuna: ſed a caſu et a per ſe fruſtra. et huius euentus caſua eſt extra rem. natura vero interius. dictuz eſt igi-  
tur quid caſus et fortuna et quomodo dñnt.

Láptulum vndecimum quod ſic incipit. Sed modorum caſuarum in qui-  
bus eſt vnum principium motus et ē. Dſtendit qz fortuna et caſus reducan-  
tur ad genus caſe efficientis. cum reducantur ad numerum et intellectum.  
et qz ſunt caſe per accidens posteriores ſunt natura et intellectu que ſunt cau-  
ſe per ſe. concludens ſufficientiam predictarum caſuarum ex hoc qz propter  
ipſas respondetur ad eſſe propter quid.

Ed fortuna et caſus reducantur ad caſas. vnde principium motus quia u-  
triusqz ipsorum ſemper eſt caſa aut aliquid eorum que ſunt per naturam aut  
eorum que ab intellectu tamen multitudine ipsorum indeterminata eſt quia ſi  
unt a caſa per accidens concurrente cum predictis que eſt indeterminata. et quoni-  
am nichil eorum que ſunt per accidens prius eſt eo qz eſt ſecundum ſe. manifestum  
eſt qz nec caſa per accidens aqua eſt tam fortuna qz caſus prius eſt natura et intellec-  
tu que ſunt caſe per ſe posteriores itaqz ſunt fortuna et caſus et intellectu a natura.  
Si igitur caſus ponatur eſſe aliquo modo caſa celi neccſarium eſt intellectum et  
naturam prius eſſe caſa ipsius celi. Et idem dicendum eſſe de caſa aliorum multo  
rum et totius vniuersi. Que autem caſe ſint et iſte et tot numero quo diximus ex  
hoc manifestum eſt. qz responsio que potest fieri ad id propter quid aut reducitur in  
b .iiij.

## Secundus

quodquid est et formam sicut i mathematicis in quibus ultima resolutio questionis propter quid stat ad definitionem que dicit formam aut reducitur in primum mouens ut propter quid certauerunt quod surati sunt. aut in finem ut propter quid bellant ut dominentur aut in natura ut propter quid corrumperit quod compositum ex contrariis. Que igitur et quae sunt cause manifestum est.

**C**apitulum. xij. Quod sic incipit. Non iam autem cause quattuor sunt de omnibus erit physici cognoscere et ceteri. Premesso quod naturalis considerat causas quattuor. et ex ipsis demonstrat adiungit quod forma finis et efficiens coincidunt. In unum ita tamen quod efficiens naturale est mouens motum et quod in physicis causa infert effectum vel simpliciter vel frequenter effectus autem semper infert causam.

**N**on iam autem cause sunt quattuor naturalis considerabit circa omnes et ex eis demonstrabit reducens questionem propter quid in materia formam efficiens et finem. Tres vero harum causarum multoties incident in idem. Nam forma rei facte et finis agentis sunt realiter idem numero. causa autem mouens interdum est idem cum ipsis in specie ut homo generans hominem genitum. Natu ralis autem sic considerat causam mouentem quod ad eius considerationem pertinent solum ea que mouent mota. que enim mouent et non sunt mota non pertinent ad considerationem nature cum non habeant in se ipsum principium motus mouent enim semper tamen immobilia sunt unde tria genera entium sunt circa que potest esse consideratio alia enim est speculatio circa immobile. et alia circa mobile quod est incorruptibile scilicet celum alia circa mobile corruptibile. Omnia autem corruptibile habet naturam questionis propter quid facta de ipso reducitur ad materiam et formam et primum mouens de generatione enim et generabili hoc modo considerat naturalis causas attendens prius quod sit aliquid per formam postea quid est quod fecit per modum agentis. et deinde quid est subjectum in quod introducta est forma per agens et consequenter propter quem finem. Principia autem mouentia sicut dictum est sunt in duplice divisione quodammodo physicum. scilicet quod mouetur. alterum non physicum non habens in se ipso principium motus hoc autem est illud quod sic mouet quod penitus est immobile et ovo primum. Forma autem que est finis cuius causa agens agit oportet naturali cognoscere cum sit propter finem. Et penitus naturalis debet reddere causam propter quam hic efficiens seQUITUR ex hac causa vel ex necessitate vel sicut frequenter in naturalibus enim effectus necessario infert causam cum sit ex ea sicut ex premissis conclusio huc autem effectus tam in naturalibus necessario est forma et quidditas rei qua posita necessaria est ut sit materia et fuerit prius agens et hec forma est per quam ens naturale habet dignius esse non quidem dignius simpliciter respectu cuiuscumque alterius entis sed secundum substatiam cuiuslibet rei naturalis cuius esse dignius est quando est actu per formam.

**C**apitulum. xiii. quod sic incipit. Dicendum quidem igitur primum est quoniam natura et ceteri. Primo supponit quod natura sit propter finem et quod necessarium aliquo modo est in ea. secundo improbat naturalia esse ex necessitate materiae. tertio quod natura agit propter finem.

## Phisicorum

Icendū est primo q̄ natura est causa agēs propter finē. secundo quō neccessaria reperitur in naturalibus in hanc eim causā. s. neccessariā inducūt quidam om̄s effectus nature dicētes oīa ex necessitate esse et fieri nō ex virtute alicuius agētis. sed q̄ apta nata sunt esse talia ut hoc est calidū q̄ aptū natū est esse tale & sic de alijs. Et nāqz si alij assignēt quācunqz altā causam ut empe. cōcordiā et discordiam. et anaſ. intellectū. Sinant tales causas quiescere. et gandere in se ip̄is q̄ nichil faciunt per se ad tales effectus. Habet autē primū dubitationē. vñ utrum natura agat propter finē. multa eim naturalia vñr fieri nō propter finem. neq̄ propter melius sed ex necessitate materie. sicut pluit jupiter nō propter būc finem. s. ut augmētetur frumentū sed ex nec cessitate materie q̄ aquā sursum ductaz neccesse est infrigidari et congelatam ferri deorsum propter grauitatem. Cum autem hoc fiat per accidēs est q̄ augeatur frumentū sicut per accidēs est q̄ tunc perdatur in area cum nō adhuc pluit ut perdatur. Nichil etiam prohibet eodē modo partes in aīalibus naturaliter se habere ut dentes anteriores oriri accutos ex necessitate materie aptos quidem ad dividendū molares vero latos utiles ad cōterendū cibum nō q̄ natura ppter hoc tales fecerit eos sed contingēter hoc evenit. Similiter est de alijs partibus in quibus est aliquis finis. Abicūqz autē om̄s partes sic cōcurrunt sicut si essent facte ppter finem talia entia a casu facta sunt et saluata eo q̄ apte consistentia sunt. Quocūqz vero nō habent talēm apititudinē perdita sunt et perduntur quēadmodū em peō. dixit. bonigenas quarum inferiora mēbra erāt bonis et superiora hominis q̄ nō om̄s mēbra erant apta ad usum hominis vel bonis cito fuisse destructas. Et iōdē dīrit circa viriperias. bec igitur ratio & si qua est ei similis est propter quā dubitabit aliquis naturam non agere propter finem. Sed impossibile est ista habere hunc modum q̄ om̄ia naturalia sunt. aut semper aut sicut frequenter. nichil autem eorum que fiunt a fortuna et casu est semper vel frequenter. vnde non pluit multotiens in hieme a fortuna vel casu sed forte sub cane sunt subq tamen non est causa ab eis. sicut aliquando in hieme causaliter est. Si igitur naturalia videntur esse vel a casu vel propter finem. Non est autem possibile ip̄a esse a casu. Relinquitur q̄ sint propter finem. Ipi enim affirmant q̄ talia sunt a natura. Et itaqz in his que sunt et fiunt a natura actio propter aliquid. Amplius in quibusqz naturalibus finis aliquis est propter ipsum agitur quodlibet eorum que sunt ad finem siue prius siue posterius sit ordinatus ad ipsum. Itaqz sicut agitur sic aptum natum est cogi et sicut aptum natum est agi sic agitur nisi impediatur. Si ergo quod est a natura agitur propter finē aptum natum est agi propter ip̄m utsi domus fieret a natura. sic utiqz fieret propter finem sicut nunc fit ab arte. Et si ea que fiunt a natura fierent ab arte eodem modo fieret quo apta natūa sunt fieri. videlicet alterum quod est ad finem propter ipsum finem. O mino autem ars quedam perficit que natura per se operari nō potest. In quibusdam vero mutatur et ideo similiter se habent ad iniicem in naturalibus et artificialibus finis et ea que sunt ad finem. quare manifestum est q̄ si ea que sunt ab arte sunt propter finem et ea que sunt a natura. Maxime autem manifestum naturam agere propter finem in alijs animalibus que nec arte nec studio nec deliberatione agunt ut aranee et formice in quorum actionibus tantus est ordo ad finem q̄ dubitatur a quibusdam utru intellexūt aut quadā alia virtute collatiua opentur. paulatim aut procedēti ad cōsiderationē vegetabilium in plātis apparēt quedā expediētia fieri. ppter finē. ut folia ppter cooperimētū fructus quare si naturalia agūt. ppter finē ut irūdo nōdū. ppter fetū. i. prolem

## Secundus

aranea telam propter predam plante folia propter fructus et radices deorsum gratia vegetandi manifestum est q̄ causa finalis est in his que sunt a natura. Et qm̄ natura dicitur de materia et forma. et hec secunda est finis sicut propter finē sunt alia ita materia est propter formam.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit. Peccatum sit in his que sunt secundum artem et c. O stendit tam artem q̄ naturam agere propter finem nō obstante q̄ aliquando in eis accidit impedimentum et peccatum quibus deriuatur a fine non obstante etiam quod nō agunt deliberando.

Eccatum autē accidit in his que fiunt ab arte sicut grammaticus interdum scribit non recte et medicus nō recte sumit potionem et eodem modo contingit in natura. Si igitur in arte sunt quedā in quibus quod recte fit agitur propter finem in quibus etiam peccatur et nichilominus in his agitur propter finem quo factum fuit in substantijs que empe. posuit suisse bonigena. In talibus enim accidit impedimentum propter quod nō potuerunt venire ad aliquē terminū et finem debitū corrupto principio aquo facta sunt sicut et nunc accidit in his que fiunt ex semine qnō corruptitur. Et bene potest impedimentum tale in phisicis accidere q̄ in animalibus que fiunt ex semine neccesse est prius fieri semen ex quo tamen non fit statim animal sed prius est molle naturaliter et faciliter potest recipere alterationes diuersas ex quibus debita formatio impeditur. Amplius in plantis est aliquid ordinatus ad finem licet minus distinctum q̄ in animalibus vnde sic in ipsis potuerunt contingere monstra ut bonigena et viripera corrupto principio. ex quo ita in arboribus potuerūt accidere vitigene et olimpere tanq̄ monstra iporum. Nec solū informatione eoꝝ que fiunt ex semine potest accidere peccatum verum etiam in ipsis seminibus qnō fiunt ex aliquo potest impedimentū esse et aliquid accidere contingēter. Q̄o autē destruit naturam et ea que ab ipa sunt ille qui dicit ipam non agere propter finē. Quęcūq; eīm sunt a natura sic fiunt q̄ continua mota a quoddā principio intrinseco accedunt ad aliquē finē. Ita tamē q̄ vñquodq; non fit ab unoquoq; pncipio sed determinatum a determinato quod quidē semper tendit ad euindē finem nisi aliquid impedit.

Finis itaq; est propter finem fieret aliquando a fortuna sed per accidens sicut ali quando dicimus hic extraneus a fortuna venit hic nisi ante q̄ recederet intravit balneum tanq̄ si propter hoc venisset cum tamē non venit propter hoc sed accidit ipsuz balneatum esse et sic fortuna que est causa per accidens. Si autē semper hoc fiat aut frequenter iam nō est per accidens nec a fortuna. In naturalibus semper sic fit sicut requirit finis nisi impediatur. Incōueniens autem est opinari naturam nō agere propter finem q̄ in ea nō est principiū mouens ex deliberatione cum ars non delibaret in multis. Si eīm virtus factiva nauis esset in ligno tanq̄ principium naturale. Ita sine deliberatione natura fecisset nauim sicut fit nunc ab arte sic igitur ars est ppter finem et natura. Et hoc manifestum est in exemplo medici sanantis se ipsum qui ex propria arte tanq̄ ex principio intra agit propter propriam sanitatem cui assimilatur natura propter principium intra sic igitur patet naturam agere propter finem.

Capitulum decimum quintū quod sic incipit. Quod autem ex necessitate utrum ex suppositione et c. Determinat q̄ in phisicis neccesitas est ex suppositione et hic imponit neccesitatem his que sunt ad finem sicut principia conclusionem.

## Phisicorum

Quoniam autem necessarium est duplex. uno modo simplis ut quod est ex natura fit ex alio intrinseco. alio modo ex alterius suppositione. dubitatur utrum in physis necessarium existat simplis aut ex suppositione. Quidam tamē opinatur quod in rebus generabilibus necessitas simpliciter insit ex materia quemadmodum quis dicat murū vel domū sic disponi ex necessitate materie propter quam grauia deorsum in fundo oportet collocari lateres vero esse super ipsum propter levitatem. ligna autē super eminere quod levissima sunt. Sed licet dominus non sit sine his tamē non est propter hoc tanquam propter necessariaz causā. scilicet tanquam materialē sine qua potest esse sed de necessitate talis est propter finē qui est protegere acaumatibus et pluviis et eodem modo in omnibus quod sunt propter finē qualia sunt naturalia necessitas est ex fine quod quis enim talia non sunt sine materia debita non tamē sunt propter eam sic sicut propter materię sed potius propter finē ut serra est ferrea et detata propter opus serrandi quod opus impossibile est fieri nisi sit ferrea et ideo necesse est ferrea esse si debet esse serra et opus ipsum. Ex suppositione igitur est necessarium in physis non quod necessitas imponatur fini sed ex fine imponitur materie cum finis sit ratione cuius inest necessitas materie. Est autem necessarium in scientiis demonstratiuis et in his que fiunt per naturā aliquomodo similius vellut necessitas conclusiois est ex suppositione premissaz ut angulus exterior trianguli equipollat duobus intrinsecis neccesse est triangulum habere tres angulos equalles duobus rectis. In his enim si principia sunt neccesse est conclusio esse et non econtrario potest enim conclusio non. si premisse non sunt ut si tres anguli non sunt equales duobus rectis nec angulus exterior equipollat duobus intrinsecis. in his autem que sunt propter finē et econtrario quod finis tenet rationē principiū nam si finis erit aut est et ea que sunt ad finem necessario erunt aut sunt. Si non sunt ea que ad fines nec finis est sicut non est conclusio non sunt premisse finis enim est principium non actionis sed ratiois finis enim ita est ratio agendi que non est actus. Si igitur est forma dominus que est finis domificationis neccesse est materiam esse que est propter dominū. scilicet lapides et lateres et non quod dominus sit propter hoc nisi sint ex materia. Et quod non sit forma propter ista tamen non erit sine ipsis et ideo cum hoc non sint non erit dominus sicut non erit serra si non sit ferrum nec premissae si non sit conclusio. Manifestum est igitur quod esse ex necessitate est in naturalibus ita tamen quod hoc imponitur materie et motibus siue dispositionibus ipsis ex fine itaqz enim sunt naturales cause principaliter tamē finis cum hec sit causa materie et non econtrario. Finis autem cuius causa est principium sumptum a diffinitione et ratio rei. Sicut enim est in artificialibus finis acceptus in eorum diffinitione est causa imponens necessitatem materie. verbi gratia. si dominus est talis quod cooperiat de necessitate. oportet materiam eius sic disponi. Et si sanitas est talis habitudo oportet ex necessitate humores sic disponi. Ita et in physis si finis talis est et ea que sunt ad finem talia erunt. Fortassis autem in physis necessarium accipitur ex his quae sunt in diffinitione ut si quis diffiniat opus serrandi dicens quoniam est talis divisione scilicet in ligno. necessarium est si hoc opus esse debet ex serra ipsam habere tales dentes bi autem esse non possunt nisi ferrum sit et sic oportet eam esse ferream unde et in diffinitione rerum naturalium sunt quedam partes ut materia.

Quoniam autem natura est principium motus et mutationis et ceterarum.

Huius libri capitulum primum ostendit necessitatem determinan-

## Tertius

di de motu et consequentibus ipsum adiungens quasdam divisiones necessarias ad inuestigandum diffinitionem motus.

*Dicitur*  
Uniam natura est principium motus status et mutationis. Scientia autem presens est de natura oportet non ignorare quid est motus quod necessarium est ipso ignorato ignorari naturam. Determinatibus autem de motu tantum est agredi de consequentibus ipsum quod primum est continuum quoniam motus est de numero continuorum. secundum est infinitum quod ponitur in eius diffinitione. continuum quod est dividibile in infinitum. Adhuc autem sine loco et vacuo et tempore impossibile est esse motum propter hoc igitur et quod hec tria sunt communia omnibus rebus naturalibus in quibus esse videntur intendendum est disputatio de uno quoque istorum incipiendo a communioribus quod consideratio de propriis posterior est ea que de communibus. Primum igitur considerandum est de motu ad cuius investigationem sciendum est quod de numero entium aliquid est in actu completo aliquid tantum in potentia. Et eorum que sunt actu aliquid est substantia aliud quale vel aliquid aliud predicamentum entis de quoque numero est ad aliquid cuius una species est secundum super abundantiam et defectum ut duplum et subduplicum alia secundum actuum et passuum et omnino motuum et mobile. nam motum est motum mobilis et mobile a motu est mobile. Non est autem motus preter res ad quas est motus. cum omne quod mutatur aut secundum substantiam aut secundum qualitatem aut secundum qualitatem aut secundum locum mutetur. extra que non est accipere unum commune quod non sit aliquid predictorum quare nec motus erit extra predicta cum nichil sit extra ipsa. Antiquodque tam istorum dupliciter dicitur substantia eum aliquid dicitur per modum forme et aliquid per modum priuationis qualitatis vero aliud perfectum aliud diminutum. qualitatis autem aliud album aliud nigrum et secundum locum mutationem aliud sursum aliud deorsum quod igitur in quolibet horum partium reperiuntur duo termini potest in quolibet saluari mutatione et sic tot sunt species in otio quod entis predictorum quatuor generum.

Liberum secundum quod sic incipit. Divisione autem secundum unumquodque genus et cetera. Concludit primo quod motus diffinitio est actus entis in potentia secundum quod in potentia. Secundo declarat primum. scilicet quod est actus entis in potentia. tertio quod secundum quod in potentia. quarto confirmat utrumque.

*Dicitur*  
Uniam autem divisione est secundum unumquodque genus esse in actu vel potentia et motus non potest esse eorum que sunt actu perfecto quod ad hec terminatur nec eorum que sunt in potentia simpliciter quod a tali incipit diffinitio motus. relinquuntur quod motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia verbi gratiae. Alteratio est actus alterabilis in quantitate est alterabile sive possibile alterari augmentum est actus augmentabile in quantitate augmentabile. et diminutio actus diminibilis in quantitate diminutibile. Non enim est commune nomine augmentum et diminutio sicut alteratio. communis est omni alteratio generatio et corruptio actus est generabilis et corruptibilis et locum mutationis actus secundum locum. Quod autem motus sit actus manifestus est hedificabile enim in quantitate hedificabile quando hedificatur tunc dicimus esse in actu hedificandi et tunc dicimus hec est hedificatio. Similiter est doctrinatio cum actu doceat doctrinabile et medicatio cum actu medeat medicabile et sic de aliis. Nam autem eadem sunt et in potentia et in actu non quidem sicut et secundum idem sed potius diversis respectibus sic aliquid est potentia calidum et actu frigidum multa adiuicent agunt et patiuntur quoniam quodlibet est actuum et passuum mobile et motuum propter quod omne mones pente mobile erit cuius sic moueat.

## Physicorum

In quantum est actu quod mouetur in quantum est potentia. Ex qua ratione quibusdam videtur quod omne mouens mouetur. de hoc tamen magnificum erit in octavo quod est quoddam mouens immobile non tamen sit magnificum quod motus est perfectio entis in potentia in quantum ipsum est mobile quando actu mouetur ab agente extra hente ipsum de potentia ad actum. Dico autem motum esse actum entis in potentia in quantum in potentia quod non est motus entis actu in quantum est actu sicut motus ad fieri statuam non est in actu in quantum es actu es sed in quantum est potentia statua. non enim idem est secundum rationem esse eris in quantum est es et potentia mobile ad aliquid aliud quam si simpliciter et secundum rationem idem esset motus esset actus entis in actu secundum quod in actu ut motus eris ad statuam esset actus eris in quantum est actu es non est itaque idem esse actu eris et esse potentia aliud. Magnificum est autem quod non dicitur in contrariis. nam posse sanari et posse infirmari diversa sunt. Si autem idem esset simpliciter esse in actu et in potentia cum idem subjectum quod actu sanum est sit potentia infirmum idem esset sanari et infirmari idem enim subjectum ut pote humiditas vel sanguis est sanabile potentia et actu infirmum. Quoniam igitur non est idem esse actu tale et potentia aliud sicut non idem est color et visibile cum motus non possit esse entis in actu secundum quod in actu relinquatur quod sit actus entis possibilis in quantum possibile. Quod quidem motus sit actus huius et tunc mouetur aliquid quando inest ei talis actus ostensum est tamquam hoc idem sic patet. Contingit enim unum quodque aliquid operari et aliquid non quod eo hecificabile est tantum ens in potentia non est sub opere et tunc non est eius motus sed quod est actus eius in quantum hecificabile tunc est motus qui de hecificatio aut enim actus talis est qui de hecificativa ut domus facta. Sed cum domus iam est facta non amplius est hecificabilis. quod est non fit. hecificatur autem id quod est hecificabile. relinquitur ergo hecificatione esse actum et cum ipsa sit motus neccesse est motum esse quemdam actum. Et quod dictum est de motu hecificationis intellegendum de alijs motibus.

Capitulum tertium quod sic incipit. Quod autem bene dictum sit magnificum est et ceterum.

Quod autem motum esse bene diffinitum primo et his que alii opinati sunt de ipso secundo quod est actus imperfectus propter admixtionem potentie.

Quod autem bene dictum sit motum esse actum entis in potentia magnificum est quod tam ex his quod alii dixerunt de ipso quod ex hoc quod non est facile ipsum diffiniri eo quod non potest ponni in alio genere actus. Hoc autem patet ex hoc quod qui dicunt motum esse alteritatem et inequalitatem et non ens. Quod dictum apparent falsum. primo quod nullum predictorum neccesse est moueri non enim mouentur aliqua quod sunt altera nec quod in equalia nec quod non entia. Secundo quod nullum predictorum magis est principium vel terminus motus quam eius oppositum. Causa vero propter quam ipsum in talibus generibus ponunt est quod videtur ipsum esse aliquid indeterminatum cui sit determinatio numero principiorum coordinatio priuatiuque quod principia eo sunt indeterminata quo sunt priuatiua. Quod autem motus de talibus sic patet ex hoc quod nec est substantia nec qualitas nec aliquid de numero predicatorum dicentium positionem. Videri autem ipsum esse indeterminatum causa est quia nec ponni potest in genere eorum que sunt in pura potentia nec simpliciter in actu. verbi gratia non est possibile moueri quantitatem in pura potentia existentem nec eam que simpliciter est in actu. Et motus quidem videtur esse quidam actus tamquam imperfectus propter admixtionem potentie. id est enim imperfectum est cuius actus admiscetur potentie semper ergo talem imfectionem difficile est.

## Tertius

accipere quid sit motus q; aut necesse est ipm ponere aut in priuatione aut in potentiam. aut in simplicem actum quorum nullum videtur ei conuenies aut relinquitur esse modus predictus. s. q; sit actus entis in potentia sicut diximus et licet hoc sit difficile intelligere contingit tamen et possibile est ita esse.

*Mouerunt mouens et.*  
Capitulū quartū quod sic incipit. Adouetur autem et mouens et omne sicut dictum est et c. Primo manifestat q; omne mouens phice mouetur. secundo concludit q; motus est actus rei mobilis. tertio ex hoc ostendit manifestum esse dubium quo consuevit queri vtrum motus sit in moto uel in mouente q; est actus elicitus a mouente et receptus in moto.

Queritur autem omne mouens phice sicut dictum est cuius ratio est q; cum sit mobile in potentia quando mouet inest ei actus in quantum mobile et per hoc inest ei motus. Preterea illud cuius imobilitas est quies. imobilitas est motus. q; cui motus inest huic imobilitas quies est mouenti autē phice dum mouet inest imobilitas. Adhuc agere phicum est ipm mouere hoc autē facit tangēdo qua re simpliciter patitur ab eo i quod agit ac per hoc mouetur unde q; motus inest semper omni quod mouetur patet q; motus est actus mobilis in quantum mobile. Et qm euenit hoc mobile moueri mediante tactu similiter ab eo patitur mouens. In omni autē motu semper extimabitur esse aliqua forma que est ratio mouendi et hec erit aut substancialis aut qualis aut quāta que est pncipium et causa motus per quā mouens id quod tale est in potentia mouet ad simile sibi in actu ut in generatione homo actu ex homine exire in potentia facit hominē actu. Et dubium autē de subjecto motus iam manifestum est nam ex dictis patet q; motus est in mobili aut in subjecto cuz sit actus mobilis ipius licet sit ad hoc quod mouet non eim potest esse elicitiue actus alterius qz mouētis. Portet enī euīdē esse actuū mouentis et mobilis. nam motus est quod habet potentiam ad mouēdum mouens autē quod actu mouet vel agit istud autem est actuū mobilis quare vñus actus est utriusqz sicut eadem est distantia vñig ad duo et duorum ad vnum. et similiter idem spaciū ascendētis et descendētis talia enim sic sunt vnum re q; dñit ratione et eodem modo idem est actus mouentis et motui tantum dñens ratione.

Capitulum quintum quod sic incipit. Habet autē defectum rationale et c. Premissa dubitatione. vtrum actio et passio sint duo actus. secundo arguit q; nō potest esse vñus. tertio soluit ostendens q; sint idem motus siue actus secundum rem differens tamen secundum rationem.

Abet autem dubitationem rationabile utrum actio et passio sint idem actus fortassis enim necesse est quemdā actum esse actuum qui dicitur actio. passio autem paio quod ex hoc m̄fatur q; opus et finis actuum est actio passio autē passio. Sed hoc est impossibile qm si duo sunt cum utriusqz sit motus oportet eos esse i aliquo aut ergo utriusqz sūt i agēte aut in patiente aut actio in agēte et passio in patiente non eim potest dari quartum videlicet q; actio sit in patiente aut passio in agente. q; tunc passio diceretur equiuoce cōuenire ei nomē passionis. Si ergo utriusqz est in agente equiuoce vel actio i agente et passio in patiente sequetur q; omne mouens moueat cum actio sit motus et omne id mouetur in quo est motus aut quod habens motum non moueat. Si autem utriusqz est in patiente et moto scilicet actio et passio et doctio et doctrina q; sunt duo et ambo sunt in adiscēte sequerētur duo incōne niētia. seq̄retur pmo q; act9 vniuersiūs qz agētis nō erit i ipo. Scđo q; patēs et motū

## Phisicorum

duobus motibus mouebitur et sic due alteratioēs vnius specieē erunt in eodez qđ est impossibile. Sed dicetur qđ sunt ambo idē motus et actus hoc autē inconueniēs vi detur propter quattuor. pmo qđ irrationabile est duoz diuersoz scđm specieē eundē et vnum esse actū. Preterea si actio et passio sunt idē doctio et doctrina erūt idē. Preterea docere et adiscere erūt idē et etiā agere et pati. Ex his autē necesse erit oēm docentē discere et agentē pati. Dicendū ad hoc qđ actio et passio sunt idē act⁹ sive idē motus qđ nō est inconueniēs actum vnius esse in altero ut id qđ est ab uno effec tione sit in alio subjectu. Et eīm doctio est actus huius docētis receptus tamē in quo dam adiscente et nec diuisus ab eo. est eīm actus huius docētis in hoc adiscente. Nec impossibile est eundē esse actū duoz ut pmo objectū est. hic tamē actus non est idem scđm rationē sed tātum scđm rē. eodē modo quo in habitudo passibilis est ad a gens eadē re et nō ratione. Nec sequitur qđ si agere et pati sint idē motus qđ per hoc necesse sit docentē adiscere ut arguebatur. quarto qđ nō sunt idē scđm vna rationē di centē qđ quid est. sicut sunt idē tunica et indumentū: sed potius sunt idē sicut via a thebis ad athenas et ecōtrario. Sicut dictū est prius: qđ ita est vna scđm spaciū qđ alia ra tio est in ea ascensus et alia descensus. Non eīm oīa que alijs dūr eadē sunt simplicit eis eadē propter quancūqz idēptitatē sed solū his quibus esse diffinitū est idē. At ve ro nō sequitur qđ si doctio et doctrina sunt idē actus qđ adiscere et docere sunt idē ut argu ebatur tertio. sicut nō sequitur qđ si idē spaciū sit duoz distatū qđ distare inde buc et binc et illuc sint idem. Oīo autē nec doctio cum doctrina nec actio cum passione idē sunt proprie et formaliter ut arguebatur secūdo. sed hic motus cui hec insunt vno est idem. n. actus est huius agētis in hoc patiētis et huius paciētis ab hoc agēte alterū est ratione. Quid igitur motus sit et vniuersaliter etiā scđm eius spēs dictum est.

**A**dgnifestū est eīm ex dictis quō determinabitur vna queqz spēs ipius. alteratio quidē est actus alterabilis scđm qđ alterabile. Amplius dicere motuz esse actū mo bilis in quātum huius verius est et melius qđ dicere ipm esse potentiam vel perfec tionem actiui et passiui simpliciter vnde bedificatio est actus bedificabilis in quātum bedificabile et eodem modo dicendum est de alijs speciebus motus.

**C**apitulum sextū quod sic incipit. Qm̄ autē de natura scientia est circa mag nitudines et tempus et c. Probatur primo ex his circa que scientia natura lis qđ ad ipsam pertinet cōsideratio de infinito. secundo cōfirmat hoc per cō siderationem antiquorum. tertio subiungit qđ infinitum rationabiliter pon tur habere naturam principij et quod est ingenitum et incorruptibile conti nens omnia habens esse diuinum.

**N**oniam autem scientia naturalis est circa magnitudines tempus et motus quorum vnumquodqz necesse est aut infinitum aut finitum esse. Quis non omne ens sit aut finitum aut infinitum. Qualitas enim et punctum sunt de numero talium quibus non competit per se ratio finiti vel infiniti. Inconueniens est ne gociantem de natura considerare si est aut non est infinitum et si est quid est. Sig num aut huius qđ scientie sit propria consideratio de ipso est qđ omnes qui videntur rationabiliter tetigisse naturalem phiam fecerunt mentionem de infinito. Et om nes ponunt ipsum tamqz quoddam principium eorum que sunt sed differenter.

**A**lij namqz ut pictagorici et plato dicunt infinitum esse non sicut accidens ac

*De infinito*

## Tertius

sicut nature sed per se et sicut substantia et isti iter se dupliciter dicit. primo pictagorici dicunt ipsum esse non abstractum sed in sensibilibus sed etiam esse extra celum. plato autem nichil ponit extra celum quod nec corpus ullum ibi ponit neque ydeas cum dicatur esse nisi ponit etiam infinitum esse tam in sensibilibus quam in ydeis. Secundo differunt quod pictagorici dicunt numerum parum esse finitum eo quod est. cōprehēsus et conclusus sub ipsa re adhuc his que sunt infinitate. cuius signum est quod circūpositis nominibus vnu circa unum et extra ipsum quādō hoc sit per numerum parum semper fit alia spes figure quādō vero per iparem semper fit eadē. Si enim vni addatur primus numerus par scilicet binarius fit figura trianguli si ad hanc addatur secundus par. s. quaternarius fiunt septem que non sunt eiusdem figure specificae cum ternario et sic semper addendo per ordinem parum numerum mutabitur spes figure quod non accidit per numerum imparum. Si enim vni addatur tria quod sunt primus numerus impar reddit quatuor cuius est figura quadrata. Et si huic addatur quinque que sunt secundus impar fiunt noue quod sunt eiusdem figure et sic per ordinem addendo numerum imparum reddatur figura eiusdem speciei. plato autem duo infinita facit. s. magnum et parvum. De natura autem omnis naturaliter loquentes semper subiectum infinito aliquam naturam dicitor elementorum. s. aquam et aerem aut medium horum. Ita tamquam nullus istorum qui posuit elementa esse finita secundum numerum dicit entia esse infinita cum hec sequatur naturam elementorum. Qui cuncti autem faciunt elementa infinita ut anaxagoras partes similes et democritus atomos quos dicit semina ex quibus per contactum figurarum fit continuum tales dicunt esse aliquid infinitum differunt tamen ab iniunctis. quod anax. dicit quodlibet esse in quolibet eo quod videt quodlibet fieri ex quolibet hinc enim videtur quod omnes res simul fuerint mixta ut caro os et quodlibet aliud. ita quod tunc sic erat simul in uno. hec enim similitas non solus est principium in quolibet per se simili quod ex ipso aliud disgregetur seu extrahatur sed etiam est principium omnium omnia quod fit ex tali corpore fit in quo omnia sunt simul. Et quoniam omnis est generatio licet non simul ideo omnia sunt ex illo in quo presumunt. Adhuc autem cocurrunt quoddam principium efficiens genonis quod iste vocat intellectum intellectus enim intelligendo operatur ex quoddam materiali principio in quo necesse est simul aliquando omnia esse et aliquando moueri ad actum essendi per intellectum disgregantem.

Democritus autem nichil alterum dicit fieri ex altero. sed quoddam commune corpus esse principium magnitudinis differens tamen secundum partes et figura ex quibus sunt diversa.

Quod igitur sit conveniens physis speculatio de infinito manifestum est. Ratio nabiliter autem omnes ponunt infinitum esse principium. quod nec potest esse frustra nec possibile est alia potentia quam principium in esse eidem. Omnia enim aut sunt principia aut ex principio. manifestum autem quod non potest esse ex principio quod tunc esset quoddam principium et per consequens finis. Amplius si finitum cum est quoddam principium ingenitum est et incorruptibile. Ingenitum quidem quod omne quod sit ita habet principium quod necesse accipit finem. Incorruptibile quod omnes corruptiois est aliquis finis et omne corruptibile finibile. Sicut ergo dirimus non est infiniti principium sed hic videtur esse principium aliorum. Et videtur continere omnia et etiam gubernare sicut affirmat qui extra ipsum nullam faciunt aliam causam ut intellectum aut concordiam. Et hec videtur esse divinum sicut dicunt anaxandros et plures priorum.

Capitulum septimum quod sic incipit. Esse autem aliquid infinitum fides et quinque contingit et ceterum. Arguit quinque rationibus infinitum esse adiungens quod siue ponatur esse substantia siue accidentis maxime physici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita.

## Phisicorum

Nihil autem aliquid infinitum opiuari contingit intendentibus maxime ex quinque. Et primo ex tempore quod videtur esse infinitum. Secundo ex dione magnitudinis in qua mathematici utuntur infinito dicentes quod dividitur in infinitum. Amplius sic solus et non aliter potest semper continuari generatio et corruptio si ponitur duratio infinita. Amplius omne corpus finitum semper includitur et terminatur ad aliquid et hoc ad aliud et sic semper proceditur nec est dare terminum ultimum sed semper necesse est includere alterum ad alterum in infinitum. Maxime autem et magis proprium quintum facit omnibus dubitationem de positione infiniti. videlicet quod intellectui aliquid respondet in re nec est difficile quin semper eidem correspodat res. Et quod intelligitur numerus crescere in infinitum idcirco videtur esse infinitus et eodem modo magnitudo infinita est cum intelligatur dividiri in infinitum et extra celum est spaciuum infinitum sicut concipiit intellectus. Est etiam ibi corpus infinitum et modus eius infiniti quod non est ratio quare sit magis vacuum in una parte quod in alia quare si in uno loco est magnitudo et ubique oportet esse. Si autem dicatur totum infinitum quod est extra celum esse vacuum erit ibi locus infinitus et per consequem corpus infinitum quod locum infinitum aliquando contingit esse plenum corpore et si contingit ergo est cum sit perpetuum contingere eum ab esse nichil deinde in perpetuis. Habet ergo dubitationem consideratio de infinito quod si non poterit esse multa impossibilia accidunt ut dictum est. Si autem ponatur esse dubium est utrum sit substantia vel accidentes alteritatem si est infinitum sive unum sive plura sunt secundum magnitudinem. Maxime autem phisici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita.

Capitulum. viii. quod sic incipit. Primum igitur determinandum quot modis et ceteris.

Primo distinguit quot modis dicitur infinitum. secundo probat tribus ratioibus quod non potest esse aliquid infinitum se paratum a sensibus. tertio quod rationi corporis et numeri repugnat infinitas.

Primo igitur determinandum quod infinitum uno modo dicitur quod impossibile est per transiri quod non est aptum natum habere transitum sicut vox est inuisibilis quod non est apta natura videri. Alio modo quod quidem habet transitum tam per suum excessum est incomensurabile aut vix mensurari potest ut profunditas maris. Tertio quod est apertum natum habere finem et transitum et non habet. Amplius aliquid potest intelligi esse infinitum ut secundum appositionem aut secundum divisionem aut utroque modo. Separatum quidem infinitum a sensibilius esse aliquid impossibile est quod si tale ponetur non posset esse substantia nec accidentes. Substantia quidem non est quod hec circumspecta quantitate et quolibet accidente indivisibilis est cum omne per se divisibile sit aut magnitudo aut multitudo indivisibile aut non potest esse infinitum nisi secundo modo. sicut vox dicitur inuisibilis non sic aut dicunt his qui affirmant infinitum esse nec nos sic querimus. sed si est sic inuisibile potest tamquam transiri. Si autem infinitum est secundum accidentes non erit principium eorum que sunt sicut invisibile non est principium locutionis quodque vox sit inuisibilis quod hoc accidit ei. Amplius quo non convenit ipsum infinitum esse separatum: passio enim minus separabilis est quod eius subjectum sed non contingit numerum et magnitudinem quorum per se passio est infinitum esse separata ergo ipsum minus contingit separatum esse. Preterea manifestum est quod non contingit infinitum esse quoddam ens actu quod sit substantia et principium quod si tale ponatur et sit partibile quodlibet ipsum acceptum per se erit infinitum sicut et quelibet pars eius est substantia ita erit infinita aut ergo erit impenetrabile aut in infinita divisibile hoc aut est impossibile quoniam unum non potest esse multa infinita. Et bene dico quod si erit divisibile quilibet pars eius erit infinita esset enim eiusdem rationis in toto et in parte. Sicut ergo quelibet pars

## Tertius

aeris est aer. Ita quelibet pars infinitus est infinitus si ipsum est substantia et principium sic et est in eo infinitas et entitas. Impartibile ergo oportet ipsum esse si est substantia. Sed impossibile est infinitus actu esse impartibile cu[m] habeat qualitatem relinquatur igitur quod sit accidentes ex quo sequitur quod non potest esse principium sed magis erit illud cui accidit. Verbi gratia aer aut numerus par. Incovenienter itaque infinitus esse dicit p[laton]icorum et se quaces facientes ipsum substantiam et cum hoc indivisible. Sed tam[en] queruntur utrum in metaphysicis et intelligibilibus ac in non habentibus ullam magnitudinem contingit esse infinitus fortasse magis v[er]o questione quod se extendat consideratio prima. Nos enim intendimus ad presens de sensibilibus de quibus scientia hanc facimus ut in ipsis est aut non est corpus infinitus in augmentum. Rationabiliter tam[en] speculatibus ratione corporis et numeri videtur non posse in eis esse in actu aliquid infinitum si enim diffinitio corporis est esse superficie terminatum non erit corpus sensibile vel intelligibile infinitum quod omne terminatum necessario est finitum. At vero neque numerus aliquis potest esse sicut separatus a sensibiliis et infinitis ois enim numerus et omnes habentes ipsum est numerabilis. tale autem potest numerari et per consequentes transiri. Igitur nullus numerus est infinitus.

Capitulum. ix. quod sic incipit. Physice autem magis consideratis et ceteris. Probat naturali ratione quod nec corpus compositum nec simplex potest esse infinitum.

H[ab]uisse autem consideratis magis apparet impossibile omnem corpus sensibile infinitum quod nec compositum nec simplex huius esse potest. Compositum quidem non erit infinitum si elementa ex quibus componitur sint infinita secundum multitudinem quod non unum illoꝝ non omnia possunt esse infinita secundum magnitudinem. Ex finitis autem multitudine et magnitudine non potest fieri nisi finitum. Quod autem unum ipsum non possit esse magnitudine infinitum sic patet. Cum enim sint plura habentia virtutes contrarias si debet ex ipsis fieri unum compositum oportet virtutes contrarias equari uno autem ipsum infinito existente virtus eius in infinitum excedit virtutes alioꝝ et sic corrumperet alia. Et si ponatur quod infinitum de natura sua sit minoris potentie quam finitum de sua hoc non obstat quod h[ab]enturque deficiat virtus naturalis corporis infiniti a virtute corporis finiti verbi gratia. Ignis finitus sit et aer infinitus. hoc solu[m] posito quod aer qualificatur multiplicatus equatur cui libet igni dato habenti tam[en] certum numerum et gradum magnitudinis sequitur quod infinitum corpus excedit finitum in virtute et sic corrumperet ipsum ergo non potest unum ipsoꝝ esse infinitum. Uniquodque etiam ipsum infinitum esse impossibile est quod cum corpus habeat dimensiones ad omne diametrum corpus infinitum sine termino extendetur et omnem locum occupabit et ideo non poterit esse plus quam unum. At vero nec contingit esse corpus unum et simplex infinitum nec si tale ponatur aliud ab elementis ex quo omnia fiant nec simpliciter quidam enim dicunt quoddam corpus aliud ab elementis esse infinitum non tam[en] aliquid ipsum elementorum quod si esset aliquid ipsum infinitum cum habeant contrarietas ad invicem ut aqua est frigida et ignis calidus et illud corrumperet per suam infinitam virtutem propter hoc ergo dicunt corpus unum simplex infinitum alterum esse ab istis. Impossibile tam[en] est talem corpus esse non accipiendo hanc impossibilitatem ex hoc quod ponitur infinitum quod de hoc dicetur aliquid commune tali corpori et elementis. Sed accipiendo eam ex hoc quod non est dare talem corpus sensibile preter elementa quod sic patet. Omne quod ex aliquo est resolutur in id ex quo est sed nullum est corpus sensibile preter elementa in quod fiat resolutio compositorum ergo nullum talem simplex est. Nec possibile est ignem aut aliquid elementorum esse infinitum quod etiam si nulla eius pars esset infinita sed

## Phisicorum

totum haberet infinitā virtutē que oīa alia corrūperet et sic nullum corpus preter ipsum posset esse vel fieri sed oīa conuerteret in se sicut erat dixit oīa aliquando fieri ignem. Et eadem ratio est de illo corpore quod phisici dicunt preter elementa infinitum esse quia cum ex ipso dicant fieri elementa et mutetur quicquid mutatur ex contrario in contrarium iam haberet contrarietatem ad ipsa ut ex calido in frigidum.

**C**apitulum decimū. quod sic incipit. Portet autē de omī in his considerare et c. Probat autem q̄ corpus sensibile non potest esse infinitū siue sit parsum eiusdem rationis siue alterius.

Portet autem in sensibilibus naturaliter considerare de omī corpore quod impossibile sit aliquid tale infinitū esse. Supponatur itaqz primo q̄ omī sensibile est aptum natum esse alicubi. Secundo q̄ vnius cuiusqz corporis est proprius locus. Et tertio q̄ idem locus est totius et partis ut totius et terre et vnius glebe et ignis totius et scintille. Si igitur ponatur corpus infinitū eiusdem rationis in toto et in parte habebit locum proprium per secundam propositionem in quo aptum natum erit esse per primā. In hoc autem loco aut erit imobile aut semper mouebitur. semper autē ipm moueri est impossibile cum nō sit ratio propter quā magis sursum q̄ deorsum mouearur. tale autē corpus esse imobile aut semper moueri necesse est si aliqua eius pars alicubi moueatur aut alicubi maneat locus eius in totius corporis cuius est pars est infinitum continens totum et partē. Cum igitur idem sit locus totius et partis ut suppositum in tertia propositione si pars ubiqz quiescit et totum et similiter mouebitur totum ubicunqz ipsa monebitur. Si autem corpus infinitum sit diuersarum rationum in toto et parte et loci respondentes ejisdem erunt diuersi ex quo primū sequetur q̄ totius vniuersi nō erit vnum corpus continuū sed contiguum. Posset autem partes huius corporis specie diverses aut erant finite. aut infinite finite autem numero esse non possunt si ex eis cōpositū est infinitum nisi altera illarum sit infinita. hoc autem posito sequetur corruptio aliarū propter prelium contrarie virtutis sicut dictum est prius vnde nullus antiquoz naturalium dixit ignem esse infinitum nec terram propter contrarias qualitates licet quidam posuerunt aerem aut aquam aut iporum medium infinitum esse propter parentiam contrarietatis q̄ te net rationem cuiusdam medij in qualitate sicut tenent medium locum. Nam vnius cuiusqz istorum locus est manifestus et terminatus q̄ medium est inter sursum et deorsum. Si autem corpora ex quibus totum infinitum cōponitur fuerint infinita et simplicia et loci erant infiniti eis correspondentes. cum vniuersciusqz sit proprius locus Elementa etiam ex quibus sit totum erunt infinita. Si autem hoc est impossibile et loci finiti sunt et totum finitum esse necesse est cum impossibile sit non cōmen surari locum et corpus locus enim vniuersi non est maior q̄ corpus quod in ipso contingit esse. Similiter nec corpus est infinitum excedens locum q̄ ant̄ esset vacuum in quo poneretur idem quod in corpore excederet locū aut corpus aliquod nusq̄ aptū natum est esse q̄ ambo impossibilia sunt.

**C**apitulum. xj. quod sic incipit. Anaragoras autem conuenienter dicit et c.

Primo probat tripliciter q̄ nō potest esse infinitū se ipm fulcīs et loco carēs secundo tripliciter q̄ nō potest esse corp⁹ sensibile infinitū in loco exīs.

Anaragoras autem inconuenienter loquitur de quiete infinite dicens ipsum se ipm sustentare eo q̄ est in se ipo et nichil est extra continens ipm adiungēs vñiquodqz ibi esse ubi aptum natum est. Hoc autem non est verū primo

## Tertius

quia aliquod erit violenter alicubi et tunc constat q̄ non est ubi aptum natum est. Preterea si maxime propter hoc non mouetur vniuersum infinitum quia fulcit se et in se ipso neccesse est ipm esse imobile. Dicenda igitur est causa ppter quaz nō sit aptum natum moueri quia om̄e imobile habet causam propter qm caret aptitudine ad motum nec sufficit dicere aliquid idcirco esse imobile quia aptum natum est quis escere. est eim aliquid non motum q̄ hoc aptum natum sit quiescere. alia tamen causa est quietis q̄ sola aptitudo verbi gratia. terra in medio non mouetur nec mouetur si esset infinita quia prohiberetur moueri a medio in quo tamē nō quiesceret propter hoc q̄ haberet cui inniteretur nec quia apta nata esset sic quiescere et si forte liceret dici de ea tunc q̄ fulcit se ipam nec hoc habet causa quietis eius in medio. Sed quia habet grauitatem naturaliter autem om̄e graue propter grauitatez manet in medio. Si ergo in terra etiam si sit infinita aptitudo non est causa quiescendi in medio s̄ grauitas et infinitum similiter in se ipso quiescit hoc non habet q̄ infinitum nec quia fulcit se ipm sed propter aliam causam. Similiter autē si infinitum quiescit hoc nō habet quia infinitū nec fulcit se ipsuz sed propter aliam causam quiescit in se ipso et que libet pars eius per se accepta quiesceret manens in se ipsa et fulciens se quia totius et partis est idem locus sicut totius terre et vnius boli eius. Si ergo infiniti locus est ipmmet. quia in se ipso quiescit iddem erit locus partis cuiuslibet et manebit in se ipso. Dīno autem manifestuz est impossibile esse hec duo simul verificari videlicet corpus vniuersi esse infinituz et locuz quēdam esse cuiuslibet corporis si om̄e corpus sensibile habet grauitatem aut leuitatem et si graue naturaliter fertur deorsum leue autem sursum. his enim positis neccesse est corpus sensibile infinitum propter grauitatem et leuitatem ferri aut sursum aut deorsum impossibile est enī oēm partem loci totius esse utrūqz. s. sursum et deorsum aut mediuz locum naturaliter recipere utrūqz scilicet habens grauitatez et leuitatez sed non potest locus infinitus diuidi ita q̄ yna pars eius sit sursum et alia deorsum et vna ultimū alia mediuī quia tunc esset infinitus ergo nec est corpus sensibile infinitum. Preterea om̄e corpus sensibile in loco est loci autem species et differentie sunt sursum ante retro dextruz et sinistrum que non solum respectu nostri sed in ipso vniuerso determinate sunt. hoc autē impossibile est infinito esse. Similiter autem si est impossibile locuz esse infiniti cum om̄e corpus sit in loco impossibile est corpus esse infinitum. locum autem non est possibile in infinitum esse quod enī in loco est alicubi est et econtrario. Sicut enī nullaz quantitatē possibile esse infinitaz. quia oīs quantitas est determinata naꝝ quodlibet quātum est tricubitum vel alterius determinate masure quantuz eim seruat certam determinationem sicut quod est in loco est alicubi et hoc est aut sursum aut deorsum aut aliqua predictarum sex distantiarum quarum vniuersiūqz est aliquis terminus et finis.

Capitulum. xij. quod sic incipit. Quodquidem igitur actu non sit corpus infinitum et c. Primo ostendit quod est dare infinitum in potentia non quidē ad aliquando factum esse sed ad semper fieri. secundo q̄ hoc aliter est in permanentibus aliter in successiuis. tertio q̄ infinitum in divisione arguit infinitum in appositione. quarto quid de infinito dixerit plato.

Quod quidem non sit infinitum corpus in actu patet ex dictis. Quod autem multa impossibilia accidunt si ponatur simpliciter infinitum non esse manifestum est. primo ex hoc q̄ tempus habebit principium et finem. Secundo

## Phisicorum

¶ magnitudines non erunt semper diuisibiles. tertio quia numerus non poterit semper augeri cum ergo determinatum sit et hoc participare infinitatem et infinitum actu non esse videtur contingere aut ipsum aliquo modo. aliquo modo non est. dicitur enim aliquid uno modo esse in actu completo. alio modo in actu admixto potentia.

Infinitum igitur tam appositione ¶ diuisione est non primo modo sed secundo. scilicet potentia magnitudo enim non est actu infinita ut dictum est tamen est diuisibilis in infinitum non enim est difficile improbare dictum illorum qui diuidentes lineas resoluunt eas usq; ad puncta vel atomos indiuisibiles tan ¶ ad lineas indiuisibiles. Relinquitur ergo infinitum quod non est actu esse in potentia. Nec oportet sic intelligere infinitum esse nisi potentia deducatur ad actum sicut dicimus. hoc ita est in potentia statua. quia aliquando erit actu statua. hoc enim modo non est ita infinitum potentia quod aliquando erit actu sed est in potentia ad semper fieri successione. Sicut dies et agri sunt semper in potentia ad semper fieri successione In his enim potentia est actus permixa. Agon fit eis in monte olimpbo quod est partim in posse fieri et partim in actu fiendi. Alter autem est infinitum in tempore et successione hominum et alter in diuisione magnitudinis. Quo autem infinitum est semper aliud et aliud accipiendo et acceptum quidem esse finitum nec idem accipitur bis sed semper alterum post alterum propter quod non oportet intelligere ipm esse quoddam aliquando actu ens. sicut est homo aut domus sed potius sicut ens in semper fieri ut dies et sic non est ut quedam substantia aliquando facta sed est semper in continuo fieri aut corrumpi alterum post alterum hec tamen successio alterius post alterum in magnitudinibus sic accidit ¶ id quod accipitur per diuisionem permanet in successione autem hominum et tempore fit corruptis acceptis et hoc semper alijs succedentibus ita q; non deficiant. Quod autem est infinitum in appositione correspdet ei quod est secundum diuisionem infinitum enim in appositione fit econtrario infinito in diuisione q; quod per hanc ab aliquo accipitur potest alteri opponi. secundum igitur quod diuisum videtur per diuisionem ire in infinitum. Ita appositi etiam infra determinatam quantum potest esse in infinitum. In magnitudine enim finita sic accipitur esse infinitum potentia ¶ si quis diuidat eam secundum eamdem rationem seu proportionem non accipiendo semper eamdem quantitatem procedet diuisio in infinitum nec consumetur per talem diuisionem in id quod est finitum. Si vero non seruata eadem ratione semper accipiat eamdem quantitatem stabit diuisio ad aliquid quod non poterit diuidi amplius in partibus eiusdem quantitatis eo ¶ omne finitum consumi potest accipiendo ab eo multotiens aliquod finitum. Alter quidem igitur id quod est finitum non est infinitum nisi potentia et diuisione in fieri actu autem est admixto potentia sicut dies et bellum. potentia vero sicut materia que successione potest recipere formam post formam. Et ideo non est sic actu tantum esse quantum potest esse potentia. in infinito autem secundum diuisionem semper est accipere aliquid extra quodlibet acceptum. In appositione autem infinitum sic habet se ¶ quantum per appositionem non excellit ocm magnitudinem determinatam In diuisione autem excellit omnem determinatam quia semper per diuisionem tenditur ad minus ¶ sit id quod diuiditur propter quod non est possibile secundum appositionem excellere ocm magnitudinem determinatam quia infinitum non est etiam in potentia ad clementuz magnitudinis infinite cum nec per se nec per accidens possibile sit talem magnitudinem esse per accidens quidem non sicut dicebant quidam naturales extra corpus mundi

## Tertius

esse infinitum cuius substantia est aer aut aliquod corpus simplex per se etiam non est possibile esse corpus infinitus actu nec potentia secundum appositionem deducibilem ad actu licet posset apposito semper fieri in infinitum econtrario divisioni. Plato autem propter infinitatem appositionis et divisionis duo dixit esse infinita videlicet magnum et parvum volens quod in augmentum sunt et in diminutione semper sit excellere quodlibet datum et in infinitum abire. faciens tamen duo infinita non utitur eis cum in numeris secundum divisionem dicat esse statum ad unitatem quidem minimū in eis et in augmentum vadat tantum usque ad decem.

*Capitulum. xiiij. quod sic incipit.* Accidit autem contrarsum esse infinitum quoniam sic dicunt et ceteri. Concludit primo ex dictis quod infinitum non est extra quod nichil est accipere sed potius extra quod semper est accipere per quod differt a toto et perfecto. secundo quod non continet ut totum sed potius continetur ut pars.

Credit autem infinitum non esse idem quod quidam dicunt, scilicet nunc nichil est extra sed contrarium huic, scilicet cuius semper est aliquid extra cuius signum est quod dicunt annulos infinitos propter hoc quod habent circulationem in qua semper potest accipi pars post partem et hoc dictum est non proprie sed secundum similitudinem quod in eo quod proprie est infinitum oportet sic semper accipi aliquid extra quodlibet acceptum quod idem non accipitur bis in anulo autem et circulo solum semel fit hoc consequenter autem accipitur quod prius acceptum fuit. Infinitum igitur est cuius semper est accipere aliquid extra quantitatem acceptam cuius autem non est aliquid de ipsis quantitate accipere extra hoc est perfectum et totum. Sic enim diffinimus totum cui nichil adest ut hominem totum dicimus cui nichil deest de humanitate et arcam totam cui nichil deest de integritate eius et sicut particulare totum diffinimus per nichil ab esse eius. Ita universaliter totum cuius oīo nichil est extra. Nam cui per absentiam aliquid deest non est esse nec totum cum ei aliquid deest. totum autem et perfectum aut oīo idem sunt aut affinia secundum naturam. Sicut igitur perfectum non est a liquido oīo non habens finem qui est terminus rei ac per hoc perfectum oportet esse finitum et ita etiam totum necessarie est finitum. Et hoc patet quod censendum est melius dicere permanentem afferentem universaliter finiri ab equidistantia medijs quam melius qui dicit ipsum esse infinitum. Non enim infinitum est de consequentibus ad omne et totum et universaliter sicut filum consequitur filo quando trabuntur de lino. Propter hoc autem quod infinitum habere videtur quādam similitudinem cum toto attribuunt ei hanc dignitatem. videlicet quod est omnia continens et omnia in se ipso habens hoc autem verum non est quia infinitum primo reperitur in materia que est in potentia ad perfectionem magnitudinem tanquam ad totum et sic est totum in potentia non autem in actu. Et quod infinitum non sit actu quoddam totum. tamē quod est infinitum in potentia est divisibile ad diminutionem et ad oppositam appositionem et sic non est totum secundum se sed secundum aliud scilicet magnitudinem in qua est ac per hoc non continet in quantum est quantum sed potius continetur et quod tenet se ex parte materie. Idcirco est ignotum materia enim est que non habens de se forma que est ratio cognoscendiignota est. Manifestum est ergo quod infinitum magis habet rationem partis quam totius ut es pars statue. Si igitur magnum et parvum tam in sensibilibus quam in intelligibilibus habent rationem continendi ut plato dicit et cum hoc hec duo sunt infinita oporteret infinitum continere intelligibilia quod est inconveniens ymmo im-

## Physicorum

possibile ignotum enim et in determinatum non potest continere notissima et determinata in esse.

*Capitulum. xiiij. quod sic incipit. Scđm rationem autem accidit et qđ secundum appositionem et c. Primo reddit rationem propter qđ in magnitudine est infinitas ad divisionem et non ad appositionem in numero autem est eō contrario. secundo ostendit qđ infinitum primo reperitur in magnitudine qđ in motu et tempore.*

*Ecundum rationem autem accidit in continuo non esse infinitum scđm appositionem ita ut excellat oēm magnitudinem determinatam qđuis in divisione iōius procedi possit semper ad minus quia infinitum continetur infra qđnum materie et in potentia. et ideo est aptitudo ad semper dividendi forma vero et species quanti ad quam tenditur per appositionem continet et terminat et ideo ei repugnat infinitas. Rationabiliter etiam in numeris est status eundo versus minimū sed nō versus plus. quia hoc modo contingit excellere qđlibet multitudinem datam in magnitudinibus aut est econtrario ut dictum est in quibus contingit oēm excellere versus minus versus magis autem non contingit esse magnitudinem infinitam. causa autē propter quā in numeris est status in minus est indivisibilitas vniq. vnum enī quodcū qđ vnum sit in sui unitate est indivisibile ut unus homo ita est unus qđ non est divisibilis in multis status eīm est necessario ad divisibile. In plus autem non est status in numeris cum quilibet eorum sit plura qđ vnum. Est enim numerus plures unitates quod ex hoc patet qđ quilibet numerus ut duo tria et similiter quodlibet aliud denotatur ab unitate dicuntur eīm duo due unitates et tria tres et sic de alijs in infinitū. Contingit eīm semper intelligere multiplicari in plus numerum in infinitum. Sic enī decisiones magnitudinis sunt infinite in potentia sīc et appositiones ad multitudinem eis correspondentes possunt excellere oēm determinatam multitudinem et hoc dico in potentia non in actu. Hic tamen numerus qui per decisiones crescit in infinitum non est separabilis a continuo nec stat infinitas eīg ad aliquid actu infinitum sed est in semper augeri sicut tempus et numerus eius in semper succedere. In magnitudinibus autem est econtrario continuum autem dividitur in infinitum. sed non crescit in infinitum nec est potentia in eo ad infinitum eo qđ quantum est de ipso in potentia tantum potest fieri in actu et qđ non contingit aliquā magnitudinem sensibilem esse actu infinitaz qđ tunc esset aliquid maius celo ideo non contingit etiam in potentia esse excessum cuiuslibet magnitudinis determinate. Infinitas autem nō reperitur equa liter in magnitudine motu et tempore tanqđ una quedam natura quia prius conuenit magnitudini. postea secundo et per ipsam motui sicut eīm prius est magnitudo qđ mouetur vel alteratur vel augetur qđ sit motus ita prius conuenit infinitas magnitudini et per banc motui et per motum temporis. hic autem non supponuntur. posterius autem probabuntur et dicetur quid est vniquodqđ horum et quare magnitudo sit semper divisibilis in magnitudines. Non destruit autem hoc ratio que negat infinitum esse actu considerationem metaphysicorū qua supponunt interdum quantum determinatiū qđ ad veritatē talis suppōnis nō regritur infinitū actu nec tali infinito vtitur sed solū supponit aliqd finitiū quātūcūqđ libz maxime aut inest cuius magnitudini qđntū parue posse dividendi scđm eādē rationē. Et ideo ad demonstrādū aliqd ex suppōne divisibilis infinitū nichil differt supponere paruā vel magnā qđntitatē qđntū aut adesse actuale iōius qđ quidē est i exītib⁹ magnitudinib⁹ differt ponere infinitū vel finitiū.*

## Quartus

Capitulum. xv. quod sic incipit. Quid autem cause diuisae sunt quadripharia et cetera.  
Primo reducit infinitum ad causam materialē. secundo soluit rationes quibus videbatur infinitum esse in actu.  
Tertiam autem cause diuisae sunt quadrupliciter. i. in quattuor causas. scilicet materialē. formalem. efficientem. et finalem. manifestū est quod infinitū ad causam materialeū reducitur et quod esse ipsum est privatio finis subjectū autem per se ipsum ut est privatio est corpus continuū sensibile. confirmat autem hoc dictum quod omnes utuntur eo ut materia. unde inconveniens attribuere ei quod sit continens cum potius sit contentum. Reliquum huius tractatus est soluere rationes superius possatas sed in quas apparet infinitū esse non solum in potentia sed in actu. quia aliisque ipsorum non sunt necessarie quodlibet aliquid veritatis contineant. Alique vero sunt false aliisque habentes veras conditiones. Nec enim necessariū est esse actu corpus sensibile infinitum ut possit semper continuari generatio sicut arguebat ratio tertia. Contingit enim eam continuari etiam si totum universum est finitum per successionē in qua generatio unius est corruptio alterius et econtrario. Amplius vero non est id de tangi et finiri ut supposuit ratio quarta quia tangi includit semper respectum ad id quod tangit. quod enim tangitur ab aliquo tangitur sed finiri non includit respectum ad aliquid extra accidit enim finito quod tangitur ab alio cuicunque possit finiri a terminis propriis et sic non est finitum tangere aliud nec etiam quodlibet potest tangere quodlibet aliud ut finiat ipsum. Intelligentie autem ymaginationi credere ut ratio quinta ponit in conueniens erit. quia abundātia et defectus ymaginata non sunt in re sed in ymaginacione cui aliquando sub est falsum sicut patet in hoc quod aliquis non ymaginabitur se magnum valde augmentātis continuare se ipsum in infinitū. sed non propter hoc in re extra habebit tantam magnitudinē quantū intelligit. Sed quāta est eius realis magnitudo cui accidit quod maior concepiatur. Tempus autem et motus ex quibus prima ratio sumpta est non sunt infinita actu. sed successione continua a non permanente id quod de eis acceptum est. Ex qua successione potest dici quod infinita est corum intelligentia qua concipiuntur. Magnitudo autem ex qua argueretur secundo nec divisione ne intelligibili augmentatione est actu infinita dictum est igitur de infinito quid est et quomodo est et non est.

Quarti libri quod sic incipit. Similiter autem neccesse est p̄biciū et de loco sicut de in initio considerare et cetera. Capitulum primū premisso quod ad naturaleū pertinet considerare de loco et motu locali. et quod dubium est quid sit locus. Secundo probat ipsum esse aliquid ex transmutatione corporum confirmans hoc tertio ex dictis aliorum.

*De loco*  
**S**imiliter autem neccesse est p̄biciū considerare de loco sicut de finito. de loco est oportet investigare si ē aut non et quo est et quid est. Videat enim ex coī opione omnis quod locus sit quod omnes opinantur ea quod sunt alicubi esse. quod est nūsque est. Verbi gratia tragelaphus siue ycerus et chimera de motu etiā qui in loco ē quod motū vocamus loci mutationē qui nichilo ē inter alias spēs coī et prius dicitur motus p̄bicum oportet considerare. Habet autem multas dubitationes quid sit locus apud duo quod considerando eius quidditatē ex oībus proprietatibus ipsum non videtur id ē locus. Decide non habemus ab alijs aliquid bene dubitatum aut determinatum de ipso loco. ergo oportet nos determinare de ipso loco. Quod quidem igitur locus sit videtur.

## Phisicorum

manifestū esse ex trāsmutatiōe corporōz per quā sit q̄ ubi nūc est aqua ip̄a eritē quasi ex vase succedit aer et q̄ndo hec hñt locū eumdē comunē aliud corpus tanq̄ locus contīnet ea qđ corp9 oībus videtur diuersū esse ab his q̄ in eo sūt et ad inuicē cōmutātur in ipo in quo eim nūc est aer i eodē prius fuit aqua ex q̄ manifestū est q̄ locus est aliquid et quasi receptaculū diuersū ab utrisqz in quo loco vñū alteri successit et ex q̄ alterz mutatū est. Amplius loci mutationes pbicoz corporōz cōpositoz et etiā simpliciū ut est ignis et terra et huiusmodi nō solū ostēdūt q̄ loc9 sit aliquid s̄z etiā q̄ habet naturalē potentiā respectu locati cuius signū est qr vñūqdqz corporōz simpliciū nō prohibitū fertur naturalē in locū suū ut ignis sursū terra deorsū. hec sūt ei partes p̄incipales et quasi specificē loci. l. sursū et deorsū et dextrū sinistrū ante et retro q̄ nō solū quātū ad nos habet differētiā sed etiā in natura toti9. qntū ad nos quidē iddem ē sursū vel deorsū s̄z mutatur et fit iddez. aliqui sursū et aliqui deorsū. scđm q̄ utinur et eodē modo idde fit aliqui dextrū nobis et aliqui sinistrū. Et similē aliqui ante aliqui retro. in natura aut vñūqdqz istoz determinatū est et ab alio discretuz. Nō ei est sursū mūdi ubiqz cōtingit. s̄z tm ubi feruntur levia. Et deorsū nō est ubiqz sed ubi feruntur grania tanq̄ nō tantū pōne respectū nr̄i. hec adiuicē dr̄it sed poti9 potētia seq̄ntē naturā. Ostēdūt aut d̄fiam locoz mathematicoz quelz de se nō cōcernat locū tñ scđm relationē ad nos dicuntur habere dextrū et sinistrū vnde solū per respectū ad nos cōtingit intelligere positionez ipoz quā tñ nō hñt ex p̄pria natura. pbica vero corpora hoc hñt per naturā. Ampli9 affirmatēs vacuū esse dicūt q̄ locus est cuz vacuū sit locus p̄uatus corpore p̄ hoc itaqz cōcipiet aliquis q̄ locus ē aliquid preter corpora et qđ om̄e corp9 sensibile est in loco.

Aiderit aut et besiodus affirmare locū suū dicēs. prīmū chaos factū deinde terrā latā qr indigebat distinctio rerū. q̄ primo esset receptaculū aliqud corporōz. opinati eim sūt isti sicut et alij oia esse alicubi et in loco. Si aut locus est talis qualē besiodus dicit mirabilis est eius potētia et p̄mo om̄m cū locus possit esse sine alijs alia vero nō sūt sine ipo qđ eim est siue alijs et alia nō sunt sine ipo. necesse est primū esse huīns autes est locus qui non perditur corruptis his que fuerunt in ipo.

Capl'm secundū qđ sic incipit. At vero sed habet defectum rationabile et c.

Inuestigat disputatiue quid est locus arguēs primo q̄ nō est corpus. secundo q̄ non est aliud a corpore. tertio q̄ non est elementum nec causa entium. quarto q̄ non est aliquid.

T̄ vero si locus est aliquid habet rationabiliē dubitationē quid est videlz utrū quedā molles corporea aut quedā altera natura icorporea. vnde p̄mo querē dum est genus ipius. Ex hoc itaqz q̄ locus habet tres dimēsiones quibus om̄e corpus determinatur. videlicet lōgum latum profundū videtur esse corpus hoc autē est impossibile. quia cum om̄e corpus sit in loco si locus esset corpus corpus esset in corpore et sic duo corpora essent in eodem. Amplius non videtur differre a corpore. Si eim locus est receptaculum corporis: manifestū est q̄ erit receptaculum superficiei linee et puncti. cum eadem ratio sit istoz et corporis respectu loci. ubi eim prius erant superficies aque: illa exente: ibi erit superficies aeris q̄ succedit aque. S̄z puncta et locus puncti non dr̄it cum punctus in punto non faciat nisi punctum. ergo similiter non dr̄it superficies locans et locatum. Quid autem ponemus esse locum: nec enim possunt esse elementum nec ex elementis habentia talem naturam qualem videtur locus habere. Nam nec videtur esse de natura corporeorum nec in corporeorū. Incorporeorum quidē: q̄ nō habet magnitudinē q̄ nō est nisi reb9 cor

## Quartus

poreis. Corporeorum autem non habet naturam: cum non sit corpus. Cum igitur corporum sensibilium elementa sint corpora eo q̄ ex intelligibilibus nulla sit magnitudo: manifestum q̄ locus non est elementum. Amplius non potest dici q̄ locus sit aliqua causa de quatuor causis cum non sit sicut materia entium. Nec cim entia constat ex ipso. non sit etiam forma que est: ratio essendi nec sit finis vel mouens. Preterea si locus est aliquid erit alicubi. qd concessum est. omne quod est: alicubi esse ex quo rationabiliter opinio zenonis sic arguet. Omne quod est aliquid est in loco et sic loci erit locus in infinitum. Preterea sic omne corpus est in loco: ita in omni loco est corpus. Si ergo locus est aliquid preter corpus: neccesse est augeri locum corpore augmentato cū non sit minor: locus vel maior corpore locato. Ex his itaq; necesse est dubitare non solum quid sit sed etiam utrum sit locus.

Capitulum tertium quod sic incipit. Qm autem aliudquidem scdm se et c.

Primo arguit q̄ locus est idem cum forma rei. secundo q̄ est idem q̄ materia. tertio q̄ difficile est cognoscere quid sit. quarto ostendit q̄ impossibile est locum esse formā vel materiā.

Zoniam autem aliquid dicitur de aliquo scdm se aliquid vero sdm aliud conueniens est hoc reperiri in loco ita q̄ alius erit locus idest per accidens communis in quo corpora sunt sicut in loco comuni. alius autem idest per se proprius in quo primo et immediate est quodlibet corpus. Dico autē locum comunē. ut tu nūc es in celo mediante aere. et in hoc mediante terra. que oīa sunt loca communia. In terra autem es mediante illo loco qui nihil plus continet q̄ te. hic enim est proprius locus. Sic igitur videtur proprius locus esse primū continens unumquodqz corpus. hic autem est terminus proprius et sic locus est terminus. cum itaq; terminus rei sit forma specifica. videtur locus esse species et forma. i. corpus vel quantitas vniuersitatisqz. i. quo termino vel loco. quod idem est quo terminatur magnitudo eius et materia que est sub magnitudine. hec autem determinans est forma dans esse vniuersitatisqz. locus ergo videtur ex hac consideratione esse forma. Scdm autē q̄ locus. vi detur esse distantia contenta intra latera magnitudinis. idem videtur q̄ materia. qz sicut talis distantia est diversa a magnitudine et contenta sub ea ita materia est diversa a forma et contenta ac determinata sub ea sicut distantia sub plano et linea que distantia est velut materia et quasi quoddaz indeterminatum terminus autem continet et determinat eum et cum remoueretur a magnitudine termini et passiones proprie nichil relinquitur nisi materia. ex quo videtur q̄ locus prout est distantia sit idem q̄ materia. hoc autem confirmatur ex eo q̄ plato in thimeo locum et materiam idem dicit quia utrumqz est receptuum quis in doctrina sua non scripta sed tamen dicta recitat idem esse locum et receptum. Leteri itaq; dicunt locum esse aliquid iste vero solus cognatus est dicere quid sit. Aderito autem intendentibus ex his que dicta sunt difficile est cognoscere quid sit locus. quoniaz siue dicatur esse materia siue forma habet altissimam considerationem. quia primo talis est speculatio de principijs que est maxima. secundo quia cum materia et forma referantur ad invicem non est facile cognoscere unam sine alia. At uero q̄ impossibile sit locum esse materiam vel formam facile apparet ex quatuor. primo quia materia et forma non separantur a re. locum autem a locato separari contingit. et hoc manifestum est triplici signo quorum unum est quia in loco in quo prius erat aqua postea fit aer ipsis ad invicem transmutatis et similiter de alijs corporibus ad invicem transmutabilibus quare neq;

## Phisicorum

locus est pars rei ut materia nec est habitus sine forma locati cuius sit separabilis a quo libet locato. secundum signum est quia locus et vas videtur esse idem cum vas sit locus transmutabilis vas autem nichil est rei separabilis igitur est locus a locato sicut vas a contento. Ex hoc ergo quod separabilis non habet naturam forme. hec enim non potest separari et saluari ex hoc autem quod continet non habet naturam materie cuius est contineri. Tertium signum est quia quod est in loco semper videtur esse aliquid et alterum extra ipsum et sic locus est diversus a locato. Dicamus igitur platonis transgredientes tamen propositum si locus habet naturam receptivam et participationem quare idee et numeri qui sunt participata non sunt in loco ex quo sunt in participatione sine hoc sit magnum et parvum sine sit materia ut in thimeo scripsit. Amplius si locus est materia aut forma nichil transferitur in suum locum quia non distabit ab eo nec erit motus ad ipsum quod cum omnis motus talis sit ad distans cuius autem non est motus nec sursum vel deorsum impossibile est locum esse non oportebit itaque corporibus querere locum extra ipsa. Si autem in ipso corpore est locus sicut oportet esse si est idem quod materia vel forma erit locus in loco sicut et corpus. Preterea forma et materia transmutantur et mouentur simul cum re nec sunt semper in eodem loco sed ubi est res cuius sunt. Si ergo hec sunt idem cum loco locus transmutabit locum et sic loci erit locus. Amplius cum ex aere sit aqua si locus erat idem cum forma aeris corruptus est et perditus corrupta forma aeris. Deinde aqua non erit in eodem loco in quo prius fuit aer cum sit corruptus sed non est corruptio loci forma aeris corrupta ergo non sunt idem. Ex quibus ita necessarium est locum esse aliquid et ex quibus dubitatur de natura eius dictum est.

Capitulum quartum quod sic incipit. Post autem hec accipiendum est quot modis aliud in alio est et cetera. Primo distinguit modos essendi in alio. secundo probat quod licet per alterum aliquid possit esse in se ipso tamen per se et primo nichil est in se ipso. tertio solvit rationem zenonis probantem locum non esse alicuius. quarto concludit locum non esse numerum et formam.

Et predicta accipienduz est quod octo modis dicitur aliquid esse in alio. Primo sicut pars integralis in toto ut digitus in manu. Secundo sicut totum in partibus totum enim est propter partes ex quibus constat. Tertio sicut species in genere ut homo in animali. Quarto econtrario sicut genus in speciebus eo modo quo pars diffinitiva est in ratione diffiniti ut animal in diffinitione hominis. Quinto sicut forma in materia vel in subjecto ut sanitas in calidis et frigidis proportionatis. Sexto sicut motum in virtute primi momentis ut regnum in regente. Septimo sicut ea que sunt ad finem in fine. et hec est esse in optimo quod est idem cuius causa fit quod fit. Octavo maxime proprium inter omnes modos essendi in est ille quo aliquid est in alio sicut in vase et oino in loco. Dubitabit autem aliquis utrum unum et idem aliquid contingat esse in se ipso aut nichil sit tale sed quodlibet aut nusquam est aut in alio.

Ad quod dicendum quod dupliciter intelligi potest aliquid esse in se ipso uno modo per se et primo. alio modo vero per alterum et non per se. dico autem per alterum ut quando aliquid dicitur per alterum de toto ut partes. Cum enim sint quedam partes totius et hoc totius est in partibus et partes in toto et ob hoc potest dici illud esse in toto quod est in parte quando itaque alicuius totius una pars est in alia ratione partis quod inest potest dici totius in esse cui inest. Ac per hoc potest dici totius esse in se ipso quod autem a parte denotetur totius manifestum est. Totius enim subjectum dicitur album mediate superficie quod est pars eius et totius homo dicitur sciens.

## Quartus

mediante vna potentia eius scilicet ratione. Si igitur amphora vini sit quoddam totum nec amphora per se erit in se ipsa nec vinum per se in se ipso totum hoc autem scilicet amphora vini erit in se ipa. vinum eum quod inest et amphora in qua est utraq[ue] sunt partes nature totius. Sic igitur contingit aliquid esse in se ipo scilicet ut totum denominetur per partem. Primo autem et perse non contingit idem esse in se ipo licet contingat hoc esse per alterum qmodo album est in corpore per superficiem et scientia in anima per intellectum et secundum hunc modum fiunt denominatioes a partibus ad totum quando sunt simul iuncte in eo non autem quando sunt diuisae et extra totum verbi gratia. Amphora et vinum cum seorsum ab invicem sunt non sunt partes actu totius amphore vini sed soluz quando sunt simul et tunc ab ipsis potest denominari totum et dici esse in se ipo non per se sed per aliud sicut albus est in homine per corpus in corpore per superficiem. In hac autem non est per aliud sed per se et quia per se non est aliquid in se ipo. Ideo albedo et superficies cui per se inest sunt diuersa specie et alteram habet naturam et potentiam. Quod autem impossibile sit idem aliquid esse in se ipo per se et primo patet inductione quia in nullo predictorum octo modorum quibus aliquid est in aliquo potest aliquid esse in se ipo. cum id quod inest et cui inest semper sint diuersa. Nec hoc idem manifestum est ratione. Si enim aliquid idem est in se ipo. primo id cui inest dicit totam entitatem eius et similiter id quod inest cum sint idem ex quo sequitur quod recipiens est receptus et receptum est recipies ut si amphora vini est in se ipa primo totum hoc est recipiens et cum amphora sola sit recipiens erit ipa totum scilicet vas et vinum. vinum etiam quod est solum receptus erit totum scilicet vinum et amphora. Si ergo esset vnum in alterum amphora non reciperet vinum per hoc quod ipa esset vinum Sed solum per hoc quod est amphora et vinum non reciperetur in ea per hoc quod ipm esset amphora. sed per hoc quod est vinum aptum recipi in ipa. qm itaq[ue] aliud est esse amphore. et aliud esse vni. manifestum est quod alia est ratio eius in quo recipitur aliquid et alia ratio eius quod recipitur in ipso et sic idem non est in se ipo sed semper aliud in alio. At vero nec per accidens contingit aliquid esse in se ipo: quia si hoc esset contingenter duo corpora esse simul ponatur enim quod amphora sit per accidens in se ipsa. Cum igitur ipsa babeat naturam receptuam alterius ut pote vni quam naturam non amittit per hoc quod est accidens in se ipsa in eadem ut per accidens recipit se ipsam poterit simul recipi vinum cuius est receptua et sic in eadem poterit simul esse corpus amphore receptum per accidens et corpus vni receptum per se. manifestum est igitur quod nichil potest esse primo in se ipso. Quod autem zenon opposuit dicens quod si locus est aliquid erit in aliquo et hoc infinitum non est difficile solvere locus enim ita est aliquid quod in aliquo subiecto primo et per se. no quidem est in potentia sicut locutus in loco. scilicet octavo modo essendi in. Sed sicut forma in subiecto ut sanitas in calidis et frigidis et calor in corpore sicut passio et quia locus hoc modo est primo in aliquo subiecto ibi est status nec oportet procedere in infinitum. Idem autem manifestum est quod vas nichil est eius quod est in se ipso cum sint primo diuersa id quod inest et id cui inest. Cum igitur locus sit vas locati non est aliquid eius ex quo sequitur quod non est materia nec forma cu[m] utraq[ue] barum sit aliquid eius cui insunt. hec itaq[ue] sic sunt opposita de loco.

Capitulum quintum quod sic incipit. Quid autem forte sit locus sic fieri utraq[ue] manifestum est. Ad inuestigandum diffinitionem loci primo narrat quas

## Phisicorum

dam proprietates ipsius. secundo qualis debeat esse diffinitio loci. ter  
tio qd locus queratur propter motum. quarto quo aliquid est in loco.

**A**id autem sit locis forte fiet manifestum si accipiamus de ipso proprietates que videntur ipi secundum naturam eius inesse. Quarum prima est qd significamus locuz esse id quod primu continent illud cuius est locus ita quod nichil sit eius. Secunda qd oportet propriu et primu locum nec maiorem nec minorem esse re locata. Tertia qd nulli corpori deficit locus ita tamē qd secundum rem separabilis est a locato. Quarta est qd ois locus habet sursum et deorsum. Quinta qd omne corpus naturaliter fertur in locum proprium et manet in eo sive proprius locus eius sit sursum sive deorsum. His autem suppositis reliqua ad diffinitionem loci utilia consideranda sunt. Oportet autem intentionem diffinitionis sic fieri ut per ipsum reddatur quid sit locus et soluantur opposita contra eius existentiaz Insint etiam per ipsum quecunqz nata sunt loco in esse appareat nichilominus per eam causa discordie et ratio oppositorum circa locu. hoc enim modo assignata diffinitione vnūquodqz pulcherrime demonstratur. Primo igitur modo intelligendum qd nō quereretur locus nisi esset aliquis motus secundum locum. Nam et propter talem motum multi opinātur celum esse in loco cum semper moueat. huius autem motus. aliis est loci mutatio. aliis augmentum et detrimentum. Quod enim augetur vel minuitur localiter transmutatur qd quod prius erat hic fit in maiori vel minori loco. Secundo intelligendum est qd aliud quidem per se ipsum actu mouetur. aliud vero et secundum accidentis eorum autem que secundum accidentem mouentur quedam per accidentis sic mouentur per aliud qd tamen contingit ea moueri per se si separantur ab illo ad cuius motum mouentur. ut partes corporis et in naui clavis alia vero nunquam nata sunt moueri per se sed semper per accidentem ut albedo et scientia hec enim transmutant locum solum per hoc qd id in quo sunt transmutatur. Omnes autem dicimus interdum aliquid esse in celo sicut in loco qd est in aere contento in celo nec in aere est propter totum aerem sed propter ultimum corporis continentis immediate et primo id quod est in loco. Nam si totus aer esset locus proprius huius locati minoris ipso non esset equalis locus locato. qd tamen oportet qd uniquodqz locatum videtur habere propriu locum in quo est tanquam in principio conservante seu continente. Et qd locatum est aliud a loco idcirco cum contemnunt non est diuersum a continente sed idem continuum nō est in illo sicut in loco. sicut pars in toto quando vero est diuersum ab eo et contactum in quodam ultimo primi continentis non est par eius nec excedit ipsum vel exceditur ab ipso sed equantur cum sint inter se contigua continuorum autem ultima sunt simul. Item continentum est continuum continentis non mouetur in ipso sed cum ipso ut pars est in toto. quod autem est diuisum ab ipso potest moueri in ipso sive continens moueat sive quietat. Amplius quando est non diuisum sed continuum habet habitudinem essendi. in. que est partis in toto sicut visiva virtus in oculo et manus in corpore. Cum autem diuisum est ab eo habet habitudinem essendi. in. que est continentis ad continentum. Sicut aqua in cavo et vinum in cipho. manus enim non mouet in corpore sicut in loco. aqua autem mouetur in cavo.

Capitulum sextum quod sic incipit. Nam igitur manifestum ex his quid locus est c. Primo probat qd locus non est forma nec spaciū medium nec materia sed est terminus corporis continentis. secundo adiungit propter qd

## Quartus

difficile est accipere quid est locus. tertio concludit distinctionem eius adiungens  
q̄ centrum mundi et extrema circumferentia celi que est versus nos maxime  
habent rationem loci in universo.

Am igitur manifestum est ex dictis q̄ necesse est locum esse unum de qua-  
tuor aut enim est forma. aut materia. aut spaciū medium inter latera extre-  
ma corporis continentis. aut est ipsa extrema sive terminus si nullum spaciū  
medium est preter magnitudinem corporis locati. Horum autem q̄ non contin-  
gat esse aliquod trium manifestum est etiam primo q̄ non est forma. videtur enim lo-  
cus esse forma propter hoc quod forma continet et terminat rem sicut locus continet  
locatum. qz in eodem sunt extrema continentis et contenti. Non autem propter  
hoc locus est forma q̄ licet tam forma q̄ locus sint termininō tamen eodē modo nec  
eiusdem. Sed forma est terminus rei cuius est forma locus autem est terminus cor-  
poris continentis. Secundo videtur esse locus spaciū medium inter latera continentis cor-  
poris ex hoc q̄ multotiens mutatur contentum & locatum manente continente etiā  
postq̄ diuisum est contentum ab ipso sicut aqua mutatur ex vase ipm igitur medium  
spaciū videtur esse aliquod tanq̄ locus sit aliquid preter corpus qd transfertur hoc  
autem non est verum q̄ medium sit aliquid tanq̄ spaciū separatum sed unum cor-  
pus de his que transeruntur realiter et que sunt apta nata se contingere et unum in  
alio recipi intercipitur in aliud corpus cedens ipsum tantum quantum exigit eius re-  
ceptio. Si igitur locus esset spaciū manens in corpore locante aptum natum  
recipere corpus locabile esset loci infiniti qz sicut regeretur locans spaciū propor-  
tionati toti aeri vel aque quando transmutantur ita et cuilibet parti eorum requiretur  
aliud spaciū proporcionatum rei. Et cū diuisio talium sit in infinituz et loca oppor-  
teret esse infinita. Preterea locus transmutabilis erit localiter si est spaciū me-  
dium inter latera continentis qz mutabitur ad mutationem continentis et cum ha-  
beat trinam dimensionem oportebit ipsum esse in loco et sic loci erit locus et multi si-  
mul loci. Posito enim q̄ non sit aliis locis partis et totius sed sit idem quando  
totum est in vase cum quo mouetur quando vas transmutatur tunc etiam partes mo-  
uentur cum totum cuius sunt partes transmutatur locus tamen in quo tam totum q̄  
eius partes sunt non est idem cum eis licet sit pars loci se habentis ad ipm per mo-  
dum totius quemadmodum locus totius mundi contineret quilibet alium locum ut par-  
tem. Videtur etiam locus esse materia si quis consideret ipm in requiescente in ip-  
so cui alia succedit non per separationem localem sed per transmutationem sicut quā  
do in eodem loco aqua mutatur in aerem sicut enim si per alterationem aliquid trans-  
mutetur in aliud idem subjectum quod prius fuit ut pote album postea sit aliud. s. ni  
grum et quod prius molle postea fit durum et ex hoc dicimus materiam esse aliquid  
quia est communis utrisqz quorum unum succedit alteri ipsa remante Ita se habet lo-  
cus ad corpora in eo sibi ipsis succedenda et hinc est q̄ per talem apparentiam simili-  
tudinis videtur esse materia. Sed in hoc dicerent quia in materia id quod nunc est  
aqua prius erat aer. Sed cum materia non sit diversa aere nec contineat sed con-  
tineatur sub forma locus autem cui sit realiter diuisus a locato et ipsum contineat non  
est idem cum materia. Si igitur nichil horum trium scilicet forma. materia. spa-  
ciū aliquod separatum diuersum a magnitudine rei est locus necesse est ipsum es-  
se quartū videlicet terminū corporis continentis et nō corporis continenti dico alit corp9 cō-  
tentū qd mouetur scdm mutationē locale p̄t hoc igitur q̄ locus bī similitudinē cui for-

## Physicorum.

ma et cum materia. difficile et magnum aliquid videtur accipere quid sit propter hoc etiam q̄ translatio cuius quod mouetur localiter sit in aliquo quiescenti et continentis contingere videtur spaciū medium esse aliquod inter latera continentis quod quidem est diuersum a magnitudinibus motis in ipso et ad hanc apparētiam confert aer qui apparēt in corporeus et quasi ratio replens tale spaciū. Et sic non solum terminus vasis videtur esse locus sed medium corporis locantis tanq̄ quoddā spaciū vacuum videtur autem imobilitas esse de ratione loci. qz sicut vas est quidam locus transmutabilis ita locus est quasi vas imobile. Et ideo quando aliquid mouetur ad motum alterius ut nāvis in flumine magis vertitur in ipso sicut in vase q̄ continetur in eo sicut in loco qz de ratione loci est q̄ sit imobilis. Unde magis censi debet q̄ locus nāvis sit totus fluuius qui est imobilis q̄ pars aque ad eius motus mouetur nāvis. Est igitur locus terminus continentis primo et immediate imobilis propter qd centrum mundi et ultima circonference versus nos corporis circulariter moti proprii videntur habere rationem loci illud quidem deorsum hoc autem sursum qz centrum imobiliter manet et circumference vero uniformiter se habens quasi imobilis est ad quam naturaliter fertur omne leue sicut graue ad centrum. Et qm eius quod est in medio et deorsum superficies versus celum et econtrario celi superficies versus terram proprie habent rationem loci. Idecirco videtur locus esse quoddam planum et sicut vas continens. Amplius locus simul est cum re locata sicut finis cum re finita. quia locus habet quoddammodo rationem finis.

*Definizio.*

Capitulum septimum quod sic incipit. Lui quidez igitur corpori est aliquid extra corpus continentē ipsum et c. Primo concludit ex dictis q̄ corpus idem in loco est extra quod est corpus continens ipsum probans ex hoc q̄ celum totum non est in loco licet una pars eius continetur ab alia.

Non iam itaqz locus est terminus corporis continentis hinc est q̄ corpus cui inest aliud corpus extra continens ipsum in loco est verbi gratia. si aqua esset tale corpus extra quod nullum aliud corpus esset partes quidem ipsius mouerentur et una contineretur sub alia ut minor sub majori tota autem aqua non sic moueretur q̄ locum mutaret moueretur tamen circulariter non mutando locum et sic tota nec esset partibus aut eius esset locus prout una contineretur in alia. Et hoc modo partium uniuersi est locus que sic adiuicē continent q̄ una est sursum alia deorsum et non circulariter una sequitur aliam. quedam enim partes uniuersi naturaliter mouentur sursum que habent raritatem et levitatem. alie vero deorsum ut habentes densitatem et gravitatem. Ex dictis patet q̄ alia sunt in loco secundum potentiam ut partes continentur eiusdem rationis in toto et partibus. Alia vero secundum actum ut partes separate quemquebet per se existit tangunt tamen se sicut collectio lapidum. Iterum alia quidem per se in loco sunt ut omne corpus mobile alicui aut secundum loci mutationes aut secundum augmentum per se. Celum ergo non est alicubi neqz in aliquo loco cuius corpus non sit extra ipsum a quo continetur vel infra quod moueat secundum autem q̄ circulariter mouetur sicut locus inest partibus eo q̄ una continetur ab alia et consequenter se habet ad ipsā. alia vero sunt in loco per accidentes ut alia p corpus et celum p partes q̄ oēs quoddammodo in loco sunt in qua una continet aliam et circulariter una coegeretur aliam. Et qm solū corporū celeste habet perfectā rationem circularē in toto et partibus ideo

## Quartus

ipsumolā per naturā circulariter mouetur. Ita tamē q̄ ipm scđm totum nō est alicubi cum nichil sit extra ipm. Quod eim alicubi est ipm est aliquid aliud extra ipsum in quo cōtinetur extra autē vniuersit̄ nichil est. Et qm̄ celum est totū vniūsum. Idecirco oia sunt in loco Ita tamē q̄ nō totū celū est locus. Sz ultimus im̄ ei⁹ ver sus cētrum tangēs corpus īmedieate contētum ab ipo et vniiformiter se habēs ad ipsū Ita q̄ iste est naturalis ordo corpor̄ mundi terra est in aqua et hec in aere. hec a utem in ethere. hocet hec est in celo et hoc amplius in alio non est.

Capl̄m. viii. quod sic incipit. Manifestuz autē ex his qm̄ dubitationes om̄s soluuntur et c̄. Declarat q̄ ex diffinitione loci soluuntur om̄s objectiones superius posse in secundo casu cōtra loci adiūgēs q̄ rationabiliter vnū quodqz fertur in proprium locum et in eodē naturaliter quiescit.

Manifestum est autē q̄ om̄s dubitabiles objectiones supius posse ex dicta loci diffinitione soluūt̄. Quia eim nō est corpus nō est neccesse simul augeri locum quādō augetur corpus lōtum ut obiciebatur ultimo. Et qr̄ locus ē superficies puncto nō debetur locus ut arguebatur secundo. Nec duo corpora sunt simul ut p̄mo arguebatur qr̄ locus nec est corpus nec spaciū mediū corporū inter latera continētis licet eim aliquod corpus sit in terra corpus continēs ipm tamē spaciū mediū corporis continētis nō est locus. Locus autē cum sit superficies siue terminus corporis continētis nō est alicubi sicut in loco ut obiciebat zeno sed est sicut accēs in subjecto sicut est terminus in terminato. Non eim verū est q̄ om̄e qd̄ alicubi est p̄ se qr̄ solum hoc cōuenit corpori mobili. Et qm̄ locus est terminus corporis continētis realiter vnūquodqz fertur in propriū locū eo q̄ corpus cui aliud corpus cōsequēter se habet tangitur ab eo naturaliter et nō vi. Est eim proximū. i vngenerū et cōniciēs. vnde talia simul apta nata sunt esse et ab inuicē impassibilia licet in quātū tāgunt se sunt ad inuicē activa et passiva. Rationabiliter etiā vnūquodqz naturaliter manet in proprio loco sicut pars naturaliter manet in toto. locatū eim sic se habet ad locum sicut pars divisibilis quēadmodū si quis moucat partē aque in tota aqua quiescente vel partē aeris in toto aere. Amplius sicut materia naturaliter manet sub forma ita locatum sub loco. Est eim locus continēs ad modū forme. locatū autē contētum ad modū materie. verbi gratia. Aer qui cōtinet naturaliter aquā est sicut forma. aqua vero sicut materia cuius actus est aer et ideo aqua est per se in potētia ad aerem hic autē aliquo modo est in potētia ad aquā. sed nō primo de his causa posterius determinādum est de quibus neccesse fuit aliquid dicere propter tēpus loquēdi de cōtinēte et contēto licet in certe dictū sit tunc autē certius dicetur. Si igitur idē est materia vnius et actu aliud ut aqua est materia et potentia aer actu vero aqua habet se ad aerem sicut pars ad totū. Et ideo naturaliter se tāgunt quādō sunt diversa quādō autē vnū transmutatur in aliud et fiunt actu vnum copulantur. ut quoddam totum. Dicūt̄ est itaqz de loco qm̄ est et quid est.

Capl̄m. ix. quod sic incipit. Eodē autē modo accipiēdum est p̄bici esse considerare de vacuo et c̄. Premiso q̄ ad p̄bicum expectat cōsiderare de vacuo sicut d̄ loco adiūgit modū negatiū ipm esse de materia motia affirmatiū esse.

D̄ dem modo et p̄bici cōsiderare de vacuo utrum sit vel nō et quādō et quid sit. Ex his eim que alij opinātur de ipis eamē habēt dubitationē et fidē qr̄ sicut dicunt locum esse vas seu spaciū priuatū corpore ita et vacuū dicūt̄ esse spaciū priuatū corpore. Ita q̄ tale spaciū quādō habet molle cuius est susceptim dicit plenū

## Phisicorum

quādō vero p̄uatum est ip̄o dicitur vacuū tanq̄ subjectivē idē sit vacuū plenū et loc⁹ nō tamē idē est eis esse diffinitū. Incipere autē oportet cōsiderationē de vacuo accipiēdo ea q̄ dicunt affirmātes ip̄m esse et itez q̄ dicunt negātes ip̄m esse et tertio communes rōnes de sp̄is. Quidā ei tētantes probare qz nō est nō arguunt q̄ boies rationabiliter volunt. s. ip̄m v̄l̄ nichil esse sed p̄ticul̄ dicunt peccando in probatione q̄ aer aliquid est et cuz nichil sit in quo saltē nō sit aer nichil est vacuu⁹ de quoꝝ numero fuit anaſ. et h̄i qui hoc modo arguunt. Qd autē aer sit aliquid litigādo demōstrant per utres aere plenos ex quibus sētitur aer exire quādō fortiter cōprimunt. Qui etiā pleni aeris super natāt aquis ex q̄ apparet q̄ aer est fortis cū sustēt̄ utres. Aerē etiā esse aliquid demōstrat accipiētes signū in clepsidris sine tāta ploris ex quibus tamē es manat aqua qua plene sunt per foramē inferius si supiū obturetur qz aer tunc īgredi nō potest boīnes autē uolūt̄ vacuu⁹ esse spaciū in quo v̄l̄ nullū est corpus sensibile. Unde et opinātes et om̄e qd est esse corpus sensibile dicunt illud i quo oīo nichil est vacuum esse et qz aer nō est sensibilis ip̄m putat nichil esse. p̄z qd plenū aere vacuū dicūt nō oportet igitur ostēdere q̄ aer sit aliquid ad probādu⁹ vacuū nō esse sed potius ostēdere q̄ nō est vacuū nec sicut spaciū acorporib⁹ separatū nec sicut interceptū corporib⁹ actu eris in eis et destinguēs ea ab inuicē ne totū corpus vniuersi sit cōtinuū qnō vacuū ponūt democritus et leucippus et multi naturalū. aut si totū est continuū oportet ostēdere q̄ vacuū nō est aliqd extra celum bi ergo nō cōtradicunt ad pobleuma de vacuo utru⁹. s. sit vel nō scdm ea q̄ posita sunt scdm q̄ tamē oportet cōtradicere. Sed affirmātes vacuū esse melius arguunt dicētes p̄mo q̄ si vacuū nō est motus localis nō erit ita q̄ nec erit loci mutatio nec augmētu⁹. Loci quidē mutatio sine vacuo non erit qz impossibile est plenū corpore aliud recipere qz si recipet duo corpora erunt i eodē et si duo et qdlibet qz nō est assignare rationē quare magis possint simul esse duo q̄ plura. Si autē plura corpora possunt esse i vno maximū corpus poterit esse i minimō cū magnū possit diuidi i multa parua equalia minimō q̄ oīa erunt in ip̄o minimō. Ex quo sequitur q̄ si multa equalia cōtingit esse in eodē et multa i equalia cōtinget i vno esse. Nellis autē demōstrat vniuersuz esse i mobile per hoc qd vacuu⁹ nichil est dicēs q̄ si aliquid mouebitur neccesse erit vacuū esse cuz ergo nō sit vacuū nō est motu⁹. Sic ergo ratio predicta ostēdit vacuū esse p̄z motu⁹. Alio modo vero appet vacuū esse ex hoc q̄ coētia adinuicē sub strāt et se cōprimunt p̄z qd dolia tātum recipiunt de vino cum utribus quātum sine utribus qz vinuz in utribus cōprimitur et dēpsatur ppter hoc q̄ aliique partes subintrāt partes vacuas q̄ sunt i eo. Amplius oībus vī detur augmētu⁹ fieri per vacuū cū fiat per alimētu⁹ qd est corpus duo autē corpora in eodē esse impossibile est. Adducit etiā ad hoc testimoniu⁹ cineris de qua si vas iple tum fuerit tātum a que recipit quātum si vas vacuū esset. Affirmāt etiā et pictagorici vacuū esse dicētes ip̄m ingredi partes mundi ex infinito spū quasi respirare celo et intercipi. i. interponi corporibus ad determinādum ea et diuidēdum ab inuicē corpora cōsequēter se habētia tanq̄ sit separatio et determinatio ipoz cuius effectus appet primo in numeris quorum vñus ab alio diuiditur per vacuum determinans naturas ip̄orum. Ex quisbus itaqz alij dicunt vacuum esse et alij non esse hec que sunt.

Capitulum m. r. quod sic incipit. Ad quale autem se habeat oportet accipere quod significet nomen et c. Primo declarat q̄ vacuum non est locus prius tūs corpore nec materia nec spaciū medium inter latera corporis. secundo soluit predictas rōnes ex quibus videbatur vacuum esse aliquid.

## Quartus

**D**ecognoscendum qualis sit natura vacui oportet accipere quid dicatur p. no. 102  
mē ipsius vacui. Videtur autē quibusdā vacuū esse locū i quo nichil est & hu-  
mīns ratio est qz opinātur om̄e qd̄ est esse corpus. corpus autē qd̄libet est in loco  
locus igitur in quo nō est corpus est vacuū; qz nichil est in eo ulterius opinātur oē cor-  
pus esse tāgibile. tale corpus autē est qd̄ habet grauitatē aut lenitatē ex his sillogistice  
sequitur vacuū esse in quo nō est aliquid grāne aut leue. Sed incōueniēs est dicere va-  
cuū esse in quo nichil est grāne aut leue qz cum in puncto nō sit aliquid tale punctū  
erit vacuū ex quo sequitur qz sit locus et spaciū quoddā cum id qd̄ est vacuū oporteat  
esse locū in qz sit spaciū suscep̄t̄ corporis tāgibilis. Sic igitur videtur aliquib⁹ va-  
cuū uno modo dici id qd̄ nō est plenū corpore sensibili sc̄m tactū sensibile tale autē  
est habēs grauitatē aut lenitatē. Si ergo dubitet aliquis utrū spaciū plenū colore  
aut sono sit vacuū. manifestū est qz si corpus quo debet esse plenū spaciū ut sit vacuum  
accipiatur solum pro corpore tāgibili illud erit vacuū qd̄ plenū est colore et sono. Si  
autē accipiatur pro corpore sensibili i comuni nō erit vacuū qd̄ est plenū istis. Alio-  
modo ponitur ab alijs vacuū illud in quo nō est aliquid determinatū nec aliqua substā-  
tiacorporea et qz essentia materie de se est huiusmodi ideo dicūt id dē esse vacuū & ma-  
teria corporis et locū nō tamē hoc bene dicitur qz materia nō est actu separabilis a re-  
bus. de vacuo autē querunt utrum sit separabile. Qm̄ autē determinatū est de loco.  
vacuū autē dicūt esse locū p̄uatū corpore sicut dictū est locū nō esse Ita manifestū ē  
vacuū nō posse esse nec aliquid separatū nec inseparabile cū velint vacuū esse nō cor-  
pus: sed corporis spaciū. Vacuū eīm dicitur esse aliquid p̄p̄ locum p̄p̄ qd̄ ponitur  
esse. dicūt eīm ex hoc posse proueire motū localē: qz locus est aliquid preter corpora i-  
nācētā et hec spaciū qd̄ de se est vacuū ita qz eius vacuitas est causa motū. causa dico  
sicut in quo. qz eīm neccesse est esse aliquid i quo sit motus. Idcirco dicūt locum esse.  
cum i ip̄o sit talis motus. Nulla vero neccesitas est vacuū esse. p̄mo qz vacuū nō  
est causa oīs. qd̄ melisum latuit. cōtingit eīm plenū moueri motu alteratioīs. secūdo  
qz nō est causa oīs motus localis. cōtingit enī corpora adiuicē subjūgi etiā si nullum  
spaciū separabile sit in eīs preter ip̄a corpora mota. sicut manifestū est i reuolutioībus  
corpor̄ humidoīz cōtinuoīz. Cōtingit etiā corpora dēsari absqz vacuo: quādo aliq  
partes rariores euaporāt. ut qn̄ ab aqua agitata aer elabitur: tunc partes aque plus  
adiuicē cōprimūtur et fit dēpsior. Augmētari similiter cōtingit sine vacuo per ge-  
nerationē vnius ex alio ut quādo de aqua fit aer. Dīno autē ratio qz conatur proba-  
re vacuum esse per augmētū: et exēplum de cinere cui aqua infūditur se ip̄a ipediūt  
Si eīm augmētū sit per vacuū: aut nō angetur quelibet pars aucti: cuz nō sit vacua  
aut augmētū nō sit per corpus. aut si sit: duo corpora erūt simul et eodē oportet esse  
in cinere et aqua. aut enī quelibet pars cineris est vacua. aut aq nō est corp⁹. aut duo  
corpora sūt simul. Dubitationē igit̄ coēm de causa augmēti volūt solūe p vacuū. Sī  
tamē nō determinant bene quomodo ip̄m sit eius causa. qz totum esset vacuum si to-  
tum augeretur si augmentum fieret per vacuum et eadē ratio est in cinere cui aqua i-  
funditur. facile est igitur soluere ratioēs ex quib⁹ demōstrāt vacuum esse.

**L**aplm. xij. quod sic incipit. Qm̄ autē nō est vacuum sic divisum et c. Pro-  
bat sex rationib⁹ qz nō est vacuum separatū tanq̄ locū priuatus corpore  
ad quem vel in quo naturaliter corpora moueantur.

**V**loniā autē nō est vacuum separatū sicut dicūt quidā sicut patet vniuersiūsqz  
corporis de numero simplicium est aliquis motus p̄p̄ins p naturāz ut ignis

## Phisicorum

sursū et terre deorsū et ad' medii sed vacuū nō est ó natura ipsorū, ergo nō est causa motus localis qui eis cōuenit per naturā et cuz videatur esse causa motus sc̄m locum et huius nō est causa ergo simpli nullius motus est causa. Amplius q̄ sic vacuum se paratum erit sicut ultimū ad qđ est motus et naturalis corporū velut locus separatus ab eis corpus itaqz posituz in eo cum nō habeat aptitudinē ad aliquā partē ipsius quo mouetur nō eīm ubiqz et in oīm partē eius q̄ tunc simul mouetur cōtrarijs motibus nec ad vnā determinatā partē, cum nō habeat naturalē cōueniētiā cum ea plusq̄ cuz alia. Et eadē ratio est cōtra ponētes locuz esse aliquid separatiū qđ fertur corpus eīm in ipso posituz nō habebit quo feratur nec ubi quiescat. Similiter nō erit in eodē assignare differētiā inter sursum et deorsuz. Et q̄ ponētes vacuū dicūt esse ipm locuz separatiū sicut nō cōtingit assignare q̄uo aliquid sit in loco separato ita nec q̄uo sit i va- cuo quādō eīm positū fuerit corpus in loco separato quasi in corpore sufferēte nō acci- dit assignari aptitudines diuersas partū corporis ad partes loci q̄ pars nisi seorsū po- natur nō est per se in loco sed in toto cuius est pars et q̄ nō est locus sepatus ideo nec vacuuz erit. Preterea accidit dicētibus vacuū neccessariuz esse si motus est cōtra rium eius qđ dicunt videlicet nichil posse moueri si sit vacuū. Nam sicut antiqui dicūt terrā ideo quiescere in medio q̄r in drēnter se habet ad circūferentiā ita est neccesse ges cere corpus positū in vacuo, cuz nō sit ratio qua moueat ad aliquā partē, eo q̄ in va- cuo nō est aliqua differētia. Preterea oīs motus aut est violentus aut naturalis. Ita tamē q̄ si violentus est neccesse est naturalē esse cuz iste sit prior ille posterior, poste- rius autē esse nō potest sine priori ex quo sequitur q̄ non sit motus naturalis vnicuiqz corporū pbicoz nō erit aliquis motus ipsoz sed in vacuo sicut in infinito. Impossibilia- le est esse naturalē motū pbicoz corporū ergo in eo nullus motus erit ipsoz. Dico autē in infinito et vacuo nichil naturaliter moueri q̄ i infinito nō est sursū nec deorsuz nec mediū, in vacuo autē nichil differunt inter se sursuz et deorsuz q̄r sicut nullius et nō entis nulla est differentia sic vacui cum sit priuatio et nō ens nō est differētia naturalis autē loci mutatio differentiā includit. Et sic unus motus naturalis ab alio differt q̄r igitur in vacuo nō est motus naturalis non erit aliquis motus in ipso aut si alicubi est motus naturalis hoc nō est vacuum. Amplius projecta nunc postea ad hoc mouē- tur nō tāgente probiciente ppter alterā dñarum causarum, videlicet aut per successio- nem aeris cuius una pars aliā impellit simul cum re projecta, ut quidā dicunt aut per hoc q̄ aer simul pulsus cum re projecta retinet virtutem impellantis per aliquod tem- pus et secum defert rem projectam. Sed in vacuo nichil horum assignari potest, era- go in ipso non contingit fieri projecta sed mouebuntur sicut quod vebitur in alio. Amplius nullus poterit reddere causam propter quod id, quod mouetur in vacuo ali- quando et alicubi quiescat cum sit oīmodi differentia in eo et sit corpus in vacuo aut semper quiescat aut semper in infinitum mouebitur nisi aliquid maius impedit. Et confirmatur hoc ex dicto ipsorum qui ponunt vacuum causam motus quia cedit cor- pori, sed ubi vniiformiter cedit ergo ubiqz in ipso et, vniiformiter corpus mobile ferer- tur.

*ex sagittaginō moī*

Capitulum. xij. quod sic incipit. Amplius autem ex his manifestuz est quod dicitur et c. Primo supponit q̄ unus motus excedit alium in velocitate vel propter differentiam mediū vel propter virtutēz mo- bilis, secundo ex parte mediū probat non posse motum esse in vacuo. tertio hoc idem concludit ex parte mobilis.

## Quartus

mplius cōseq̄ntibus erit manifestū nichil moueri in vacuo videmus eīm̄ cor  
pus graue velocius ferri deorsuz ppter alterā duar̄ causar̄. aut eī hoc accidit  
pter dr̄am medior̄ per q̄ fertur q̄ vnum est dēpsius alio ut terra q̄ aqua aut  
hoc accidit ppter dr̄am mobilium quoꝝ vnuꝝ excellit aliud in grauitate vel leuitate si in  
alijs sint vuniformia. mediū autē per qđ fit causa motus est talis dr̄e qđ resistēdo impe  
dit motū mobilis et maxime id qđ cōtraferit deinde id qđ quiescit et ideo magis impe  
dit illud qđ nō facile diuiditur et tale est illud qđ est grossius. His premissis ponat  
q̄ iddem mobile. a. feratur p̄ mediū grossius qđ sit. B. in tēpore. L. deinde mouea  
tur per mediū. d. subtilius qđ est. b. ex predictis sequitur q̄ tanto. velocius fertur p̄ me  
diū. D. quā per mediū. B. si equalis sit eoꝝ lōgitudo quāto subtilius est. d. q̄. b.  
qđ proportio motus ad motū erit scđm proportionē impedientis corporis verbi grā.  
mobile. A. feratur per aquā et per aerē quāto subtilior et incorporalior est aer q̄ aqua  
tāto citius mouebitur per aerem et eamde rationē quā habet aer ad aquā in subtilitate  
habebit velocitas ad velocitatē. ita q̄ si duplo est aer subtilior aqua in duplo maiori tē  
pore trāsibit idde mobile per aquā q̄ per aerem. Et semp hoc erit qđ quāto subtilius e  
rit medium et minus sp̄edimentuz p̄ans atq̄z diuisibili⁹ tāto per ip̄m mouebit citi⁹.  
Sed vacuū nullā habet proportionē ad plenū sicut nec numerus ad nichil ergo i eo  
nō est motus. Qđ autē numerus ad nichil et vacuū ad plenū proportionē nō babe  
at patet sicut quattuor excellū tria in uno sed in pluribus excellū duo qđ in duobus et  
ad huc in pluribus excellū vnuꝝ qđ in tribus et ideo habet proportionē ad om̄is hoꝝ nu  
meros. Idde autē quattuor nō excellit hoc qđ est nichil in aliquo qđ om̄e excellēs diui  
ditur in id qđ excellit. et id quo excellit et utrūq̄z cōtinet. et sic quattuor cōtineret aliq̄  
et nichil vnuꝝ nec linea punctū excedit nisi ponatur ex punctis. Si igitur vacuū excelle  
ret plenū in subtilitate cōponeretur ex pleno nullā itaq̄z proportionē habet ad ip̄m igi  
tur in eo nō est motus. Preterea si aliquid mobile trāseat p̄ aliqd̄ corpus subtilis  
simū qđ nō sit subtilius in tāto et talit tēpore oportet q̄ in minori trāseat si mouatur p̄  
vacuū qđ hoc supat oēm proportionē cuiuscūq̄z pleni. Sed dato q̄ per vacuū trāseat  
in aliquo tēpore possibile erit q̄ in equali trāseat aliqd̄ plenū et sic falsuz erit q̄ vacuū  
supet oēm rationē pleni. Sit enī vacuum. z. plenū autē equalis magnitudinis sit. b.  
d. Si igitur mobile. a. per vacū. z. transeat in tēpore. i. qđ est minus q̄ tēpus. L. in  
quo plenū. b. d. mobile. a. trāsibit plenū subtilius pleno. b. d. in tāto tēpore quātuꝝ est  
si hoc plenū sit subtilius illo in tāto excessu quātuꝝ excedit tēpus. i. tēpus. L. sed i spa  
cio in quo nullū est corpus ferebat in tēpore. i. igitur in equali trāsibit plenū et vacuū  
qđ est impossibile manifestū est igit̄ q̄ si in aliquo tēpore sit motus in vacuo accidet hoc  
impossibile in equali tēpore esse motū in pleno et vacuo et sic erit proportio pleni ad  
vacuū sicut est tēporis ad tēpus sed ut in summa dicatur manifesta est causa huius ipso  
sibilitatis cōseq̄ntis. qđ cuiuslibet moꝝ est p̄portio cū uterq̄z sit i tēpore tēporis aut ad  
tēpus semp est p̄portio utrisq̄z finitis vacuū aut ad plenū nulla est oīo p̄portio Ex par  
te itaq̄z mediū hec cōtingūt. Scđm autē excellētiā mobilium hec impossibilia accidūt.  
Videmus eī mobilia habētia maiorē inclinationē grauitatis vel leuitatis cicius ferri  
deorsū vel sursū p̄ equale spaciū finitū scđm. p̄portionē quā. hñt tales habitudines ad i  
nicē in grauitate vel leuitate. Si igitur motus sit in vacuo p̄ ip̄m citius ferebat deorsuz  
qđ est grauius et citius sursuz qđ est leuius. Sed hoc est impossibile cum nō sit aliqua  
causa propter quā in vacuo citius ferātur in pleno quidē ex necessitate hoc evenit qđ  
mobile fortioris virtutis velocius diuidet mediū resistens. Nā ipsum mediū velocius

## Phisicorum

27

Dividitur autem ppter figuram aut ppter virtutem mobilis aut ppter violentiam impellentis ut patet in projectis. Sed vacuus equaliter cedit cum nulli resistat ergo in ipso erit omnia eque velocia quod est impossibile. Quid igitur si vacuus sit accidit contrarius eius ppter quod vacuus probatus est patet ex dictis. Opinatur enim quidam vacuus separatus esse si erit motus localis quod idem quod est quod dicere locum spacium sed hoc sit impossibile dictum est. Capitulum xiiij. quod sic incipit. Et per se consideratis videbitur utique dictum vacuum et ceterum. Probatur triplex ex natura ipsius vacui non esse vacuus separatus secundum non esse corporibus imbibitum.

Consideratis vacuus per se ipsum videbitur sicut nomen eius sonat esse priuatione quedam et non ens. Si enim vacuus esset aliquid cederet corpori locati in corpore.

Sicut enim si ponatur corpus cubitus in aqua cedit tantum aque quantum est cubus Ita et in aere contingit sed immensus manifestus est sensus. Et eodem modo in omni corpore transmutabili necessare est tantum cedere de ipso ad partem ad quam habet aptitudinem naturalem sive sursus sive deorsus nisi forte unum aliud subintret quantum est corpus quod in ipso locatur. Sed in vacuo hoc impossibile est cum non sit corpus ergo non cedit corpori locato. Si autem ipsum est aliud et non cedit sequitur quod per equale spacium permanenter trahatur magnitudo mota in ipso sicut per equale spacium aque permanenter traharet cubus si ipsa aqua non cederet ligneo cubo. Corpus igitur cubus locatus in vacuo habet tantam magnitudinem quantum vacuus continet ipsum. Nec dicitur dimensiones corporis adimensionibus vacui ppter qualitates sensibiles corporis quod si tale sit frigidus aut qualidus graue aut leue nichilominus esse corporeum ipsius alterum est ab omnibus passionibus etiam si actu non sit dividibile ab eis. Dico autem esse corporum ipsius quale est corpus cubi lignei unde si tale separaretur ab omnibus qualitatibus nec sit graue nec leue occupabit tantum in vacuo spaciū equale sibi et simul erit cum eadem parte loci vacui quam occupabit quod erit sibi equalis localiter ergo non distabit dimensiones corporis cubi adimensionibus vacui in quo locatur et sic duo corpora erunt simul et si duo plura esse poterunt in eodem modo ergo est unum impossibile. Amplius cubus transmutatus in vacuo habet convenientiam ad omnia corpora in ratione locabilis. Si igitur eius dimensiones non dividuntur adimensionibus vacui ipse non differt a suo loco sicut nec a suis dimensionibus et sic non oportebit facere locum corporibus extra proprias dimensiones quod unumquodque locabitur se ipsum et erit impossibile ab alio quod nichil confert ad eius locationem si alterum spacium equale eidem sit circa ipsum. Amplius si vacuus est aliquid oportet ipsum esse de numero mobilium et habere propriam rationem mobilis sed infra mundum non est tale corpus ergo ipsum nichil est nec potest dici tale corpus esse in mundo sed non videtur quod ratio invisibilitatis non tollit propriam rationem mobilis aer enim non videtur et tam non est aliquid mobile. Sicut enim pisces ferri in aqua non videbantur et tam non mouerentur et eorum esse ac motus posset tactu discerni. tactu enim fit distinctionem eius quod tangitur. Quid igitur non sit vacuus separatus manifestus est. sunt autem quidam qui per razam et densitatem opinantur manifestum esse quod vacuus sit dicunt ei quod si non vacuus est rarum et densitatem non est possibile corpora sub intrare innicere nec unum comprimi infra se ipsum. Si autem hoc non sit aut nullus erit motus localis aut uno motu mouebitur totus in universitate sicut dicit Zeno. aut si erit motus generans semper tantum de uno generabitur ex alio quantum tunc alibi generatus fuerit de illo ut si ex ciatho aquae generatus sit aer tantumdem aquae oportet generari ex ciatho aeris aut ex necessitate vacuus esse quod sine ipso non contingit corpora rarefieri et decomponeri. Contraria vero opinionem primo et superius ostendit arguitur. Si enim dicunt razam esse corpus hunc multa vacua separata quasi foramina.

d .iii.

## Quartus

manifestū est q̄ sicut nec vacuū nec locū tanq̄ spaciū separatū esse cōtingit sic nec va-  
cuū modo predicto. Si autē nō dicūt raz̄ esse vacuū separatū sed corporib⁹ imbi-  
bitū minus quidē impossibile videtur. Cōtingit tamē p̄mo q̄ vacuū nō est causa oīs  
motus ut dicunt sed tātum motus sursū cū eīm sit causa raritatis tātum et raz̄ sit leue  
vnde et ignē qui est leuis raz̄ dicunt esse vacuū erit causa solius motus sursuz. Pre-  
terea vacuū nō erit causa motus per modū subjecti in quo sicut ipsi afferunt sed causa  
efficiēs quēadmodū ut res eo q̄ ferunt sursuz ferunt secuz cōtentū in ipsis sed hoc est ī  
possibile q̄ tunc vacuū p̄mo per se moueret nō potest autē eius esse motus nec locus  
sequeret eīm q̄ vacuū mouetur in vacuo. Preterea per vacuū nō potest assigna-  
Umventi circa terram feratur post exhalationem factam in sursum in rectum manifestum est motum ipsoz esse obliquum. principium autem ex quo incipiunt moueri est desumendum cuius signum est quod prius mouent nubes in alto exentes quod sentiantur veteri pro parte terrae. veritatem quam ventus est multitudo exhalationis sicce consurgentes ex terra et motu circa terram: patet quod principium materiale ipsum est desubitus. licet principii motus principaliter dicitur sursum ubi incipiunt. Sunt autem parvi et modici venti in locis ubi primo geruntur. convenientibus autem multis exhalationibus ex processu longinquo veteri sunt validi. sicut patet etiam in fluminibus. cuius signum est quod in locis borealibus tempore hibernali regio est tranquilla et sine veteri. In propinquis autem locis modicuflat boreas et quasi latenter. procedentes autem extra sunt maximus et insignis. de natura ventoz quo modo fiat de ymbris et siccitate ac ipsoz ventoz motu dictum est.

*Capitulum. rj. quod sic incipit. Sol autem et cessare facit et ceterum. Determinat de causis cessationis diminutionis et augmenti ventorum.*

Irritus solaris consumens exhalationes atque per se congregari cessare facit veteri et excitas terram prueniendo exhalationes ne fiat prohibitus veteri fieri. sic magnus ignis velociter comburens modicum combustibile prohibitus sumus fieri. et quam ad predicta fiducia calidas solis maxime est efficax circa ortum orizontis: ideo tunc maxima fit tranquillitas

## Secundus

usq; annales sive auptunales ventos. qui vocatur eresij & usq; ad precursuos vocatos proximos. Universaliter autem sit tranquillitas autem propter intensum frigus extingues exalationes aut propter intensum calorē consumentē iam factā exalationē vel impedientē ne fiat in temporibus autē intermedij sunt pluvie & tranquillitates. aut quando nondum facta est exalatio aut iam quando facta est p̄us preterierit q̄ alia succedat sibi. Sunt venti & augmentur tēpore ortus & occasus orionis. q̄ sunt in permutatione temporis. oritur eīm quando estas permittuntur in auptuno. & occidit in permutatione hyemis. permutationes autem tempoz propter indeterminationē plene sunt turbationibus.

Ethesie. i. venti septentrionales flant post versiones solis et ortum canis statim. i. quando sol fuerit multum propinquus. vel multum longinquis a nobis. prope eīm ex̄siccans impedit exalationē ne fiat. modicum autē accedes quia glacies liquefunt & terra siccata & propria a solis caliditate tingescit sunt exalationes & venti. sed hoc magis accidit diebus q̄ noctibus propter frigiditatē fit aliquas congelatio & humiditas que prohibent multam exalationē fieri. exalat eīm siccum habens humiditatem tamē fuerit calefactum.

Capl'm. xij. quod sic incipit. **D**ubitant autē quidam & c. Inquirit quare venti boreales quasi continue flant post solsticium estivale et australes nō sic continue post solsticium hyemale manifestan̄ q̄ auster non flat apollo antartico sed a loco qui est sub tropico estivali.

Habitatio autem contingit circa ventos. s. quare post estivale solsticium continue flat ethesie. i. venti boreales post solsticium hyemale non sic continue flant leutonici. i. australes venti. Causa autem predicte differentie est quia boreas flat a locis septentrionalibus plenis multis aquis & niuibus quibus liquefacitis post estivias versiones magis q̄ in ipso solsticio q̄ caliditas apriori p̄spere facta ē multe sunt exalationes sole adhuc ex̄ante p̄pe. Similē etiā post hyemale solsticium flant oni chie qui sunt vēti debiles minores & tardiores borealibus & isti incipiunt flare septuagesimo die post solsticium estivale & in principio veris debiles quidā ex̄entes propter paruum vigorē exalatiois eleuate a sole longe ex̄ante nec sunt cōtinui q̄ exalatio segregata debilis & superficialis ex̄s cito consumitur. Alia autē multū congelata elevari potest propter debilitatem caloris. & ideo tales venti interpolatim flant donec post solsticium estivale flauerunt ethesie q̄ tunc quasi cōtinue flant. Auster autē nō apolo antartico flat sed a tropico estivali. Ad qd̄ intelligendū sciendū est q̄ terre habitabilis due sunt decisiones. una quidē ad poluz articū q̄ est super nos. alia ad antarticū q̄ est infra nos & hec due iuncte simul hnt figurā timpanilē & faciunt duos conos vnū cuius basis ē tropicus estivalis & conus mediū terre. alium cuius basis est tropicus hyemalis & conus mediū terre & hec due sunt possibles habitari nec ultra tropicuz estivale est habitatio his qui habitant ad polum articū q̄ verba eoz nunq̄ tendit. ad meridiē nec etiā sub pollo est habitatio propter frigus. & sic habitatio est inter tropicuz estivalem & punctum propinquum polo cuius signū est stelle ille que vocantur corona cum fuerint in meridiano sunt directe sup caput n̄f m. Describere igit̄ terrā habitabilē circulū rediculū ē patet rōne nā latitudo habitabilis per circulū poli articū & circuluz solsticij estivalis determinata est longitudo vero ab oriente in occidēs circulariter protēdi potest ex̄s tota preambulabilit̄ nisi mare prohibeat. Patet etiā ex his que apparēt lōgitudo multū dīt a latitudie. nā si quis mēsuret navigādo & numerādo & ob ultimo termio occidētis ubi sunt herculis colūne circa fines hyspanie usq; ad indiam superiorē a p̄ncipio

## Meteororum

arietur q̄ est longitudine nōe habitabilis multo maiore inueniet distantia q̄ sit ab ethio pia usq; ad extrema siccie q̄ est latitudo eiusdē plus eis excedit longitudine predictā latitudinē q̄ quinq; excedat tria nam in latitudine quidā terminus versus polum est in habitabilis ppter frigus. terminus autē tropici ppter estum in longitudine vero terminus inde quo ad habitationē licet de se totus circulus sit habitabilis. Qm̄ igitur extimādū est eodē modo se habere quosdā ventos in parte habitabili ad polū antarcticum qui est super nos id sicut his boreas flat ab vrsa q̄ est super nos nō tamē pertinet ad habitabile alterius poli qđ est appogenos. i. nō longe flans q̄uis boree qui flat in n̄a habitabili et in ipsa deficiat ppter nō longe flare ita alia vrsa flat ventus qui bis nō pertingit. Circa mare etiā libye que est ad antrū n̄e habitabilis ita flant euri et zephiri successione sicut boree et austri circa nos ex quo patet q̄ austri nō fiat apolo antartico nec etiā fiat a tropico hyemali q; si ab illo flaret oportet aliis a tropico estivali flare versus nos a meridie quē nos videmus. Causa autē vēhemētie austri nō est multitudo aquaz et nimium vel humiditatū q; talibus caret locus a quo fiat ppter vici nitatē solis sed tamē q; locus ille expansus est magn⁹ et amplior et in circulo austri vero est magnus ventus. magis pertingens ad partes boreales q̄ boreas ad australes q̄ igitur causa ventoz et qmodo se habeant adiuicē dictum est.

*Caplī. viii. quod sic incipit. De positione autē ipsoz et c. Premissis que dicta sunt de ventis determinat positionē ordinē numerum et contrarietatem ipsorum oīs qui sunt principales in eis.*

*E* positione et contrarietate ventorū et quos simul flare contingit et qui et quot sunt considerare volentibus supponatur prius q; sic circulus zenonis rotundus est ita eius pars que habitatur a nobis potest ymaginari circularis in qua corpora scdm locum erunt plurimū distantia localiter sicut contraria scdm spēm sunt plurimū distantia specificē scdm locum autē plurimū distantia opposita adiuicē diametralē ut occidēs equinoctialis orienti equinoctiali polus articus sine vrsa polo antartico siue meridiei oriens estivalis occidenti australi oriens hyemalis occidenti hyemali.

Qm̄ igitur predicta disponuntur adiuicē distare scdm diametruz contraria scdm locū propter quod et ventos neccesse est contrarios esse adiuicē q; scdm diametru opponuntur his autē a locis diametraliter oppositis sicut zefirus qui flat ab occidēte equinoctiali contrarius est apelites qui flat ab orientali equinoctiali. boreas autē dictus a perchias qui flat ab ursa contrariatur austro qui a meridie kkeyas vero ab oriente estivali contrarius est vento qui dicitur kyps iste eis flat ab occidēte hyemali q̄ loca diametralē opponuntur et nō sicut dictū est supra. Eurus etiā flans ab oriente hyemalis vicinus austro contrariaf argetis et boree et messes qui mediū est boree et kekye nō habet vētos contrarios qui a regione diametralē posita ei aqua flat messes. s. ab intermedia occidētis hyemalis et meridiei flaret aliis et similē a regione que diametralē opponitur ei aqua flat trešyas que est media orientis hyemalis et meridie flaret aliis ventus quod non videmus nisi modicus vētus ibidē flat quē habitatores vocāt senichiā. Ea autē q̄ de predictis vētis et eorum oppōne dicta sunt patent in hac figura. Principalissimi vēti hi quoꝝ plures sunt ordinati ad septentrionē q̄ ad meridiē q; plus est aque et nimis ibidem quibus liquefactis et calefactis neccesse est cōplurez fieri exalationem

## Secundus

et per consequens plures ventos quoꝝ principalis est boreas dictus aperbias et treſkyas medius argetis et boree reducitur ad ipm auster autem qui a meridie pncipalis est inter australes ad quē reducitur kyps qui est ab occidente yemali et finiticiis qui medius est inter eurum et austrū. Zephirus autem qui ab occidente equinociali et argetes qui ab occidente estivali inter boreales cōputant vniuersalē ei hiſ vocātur boreales hiſ australes occidentales eim frigidiores ext̄es reducuntur ad boreā et orientales calidiores reducuntur ad austrū sunt aut orientales calidiores qz pluri t̄p̄e sunt sub sole. occidentales vero cicius relinquuntur a sole et tardins et appropinquat locis calefactis a sole.

Lapl. viii. qd sic incipit. Sic autem ordinatis ventis et c. Declarat qz cōtrarij venti se adiuvicē prohibēt et qz cōtrarijs tēporibus flant cōtrarij et qz boreales maxime faciunt alios cessare et que sunt p̄petratus ventorum.

Rdinatis itaqz ventis modo predicto manifestū est qz nō contingit simul flare illos qui cōtrarij sunt scđm diametrū eo qz alter ipsoꝝ per sui violentiā alijs expellit nō cōtrarios autem cōtingit simul flare kekyas et euris ad idē signū flare cōtingit cum tamē prin⁹ ab oriente estivali sit secundus ab oriente hyemali. Flant autem cōtrarij tēporibus cōtrarijs ut equinociali vernali kakeyas et alijs vēti qui sunt ultra tropicū estivalē in auptuno autem kyps qui diametraliter qui cōtrarius est kakeye circa versiones autem estivales maxime flat zephirus et circa hyemales eurus. Ut̄i autem septētrionales. s. boreas et treſkyas et arges maxime obuiant alijs et eos cessare faciunt eo qz de prope est impetus ipsoꝝ crebiqz sunt et fortes ex quoꝝ flatu dissoluuntur nubes et effugātūt et ideo serenissimi sunt nisi qnō fuerint magis frigidū qz fortes prius cōgeiant vaporē quē propellat et ideo tunc nō serenat sed potius generat imbræ aut niues kekyas autem qz reflectitūt in se ipm non est serenus unde proverbialiter dicitur de aliquo ad se reflexio trahit ad se ipm ut kekya ad nubem. Successiones autem ventorum sepe fiunt hoc modo qz cessante uno incipit flare ille qui consequenter se habet qd evenit propter solis translationem nam sol est principium eleuandi exhalationem que est materia ventorum ideo unus succedit alijs ordinate scđm motum solis reperiuntur duo venti contrarij habere eumdem effectum aliquando cōtrarium. verbi grā kyps et kekyas humidi sunt argetes et eurus siccī ita qz eurus in principio siccus licet in fine aquosus messes et aperbias quia frigidissimi sunt nubilosūt et grandinosi antez aperbias treſkyas et arges stuosi autem zephirus et eurus. Causa autem quare kekyas est pluuiosus est duplex prima quia propter reflexionem ad se ipm nubes cōgregat. secunda quia medius boree et euri existens frigus est et ideo coagulans vaporem nubes condempsat et in aquam vertit kypus autem rarius hoc facit quia non est refluxius nec sic frigidus. Eurus autem pluuiosus est propter multam materiam et multum vaporem quem propellit aperbias treſkyas sereni sunt ut dictuz est faciunt autem interdū coruscationes venti predicti et etiam messes quia frigidūt sunt et de prope flant. Fulguratio autem habet causarī a frigiditate nubis segregantis exhalationem calidam inclusam in nube in nubem et propellentis eam inferius. Et quoniam predicti venti cito coagulant humidum nubis propter frigiditatem ideo quidam eorū grandinosi sunt maxime auptuno et vere facientes hoc principales sunt aperbias kekyas et argētes cuius ratio est qz enephie maxime fiunt qnō alijs vētis flabitibus alijs incidunt in eos aut pncipalē faciunt predicti tres ut dictū est. Echesie autem. i. vēti aglonares girat loca habitatiū circa occidente hoc modo qz boreas i treſkyā argēte et zephiz̄ incidēt cū incipiat ab vrsa terminat ultra occidente equinocialē ibiqz qui

## Meteororum

escit.<sup>1</sup> Zephyrus est deinde girans ad orientem deuenit usq; ad eum qui sicut ab oriente biemali de prima igitur genere substancia accidetib; et passioib; ventorum dicti est.

*Lapl. xv. qd sic incipit. De agitatione autem et motu terre et cetero. Inuestigat se cundum opiniones aliorum causam terremotus improbabans eorum dicta.*

*Uod agitatio et motus terre causantur ex aliquo simili ei ex quo causantur venti ideo convenienter consideratio eorum sequitur tractatum de ventis tres autem de precedentibus phis videtur tres redidisse causas de predictis. Anaxagoras ei; ait ethere natu ferri sursum aliqui incidere in quedam loca cœca inferioris partis terrae et tunc causare motum in ea. nam terra quod de se cœca est et spongiosa in superiori parte cœcludit et consolidatur propter imbræ condensantes eam in inferiori autem remanet cœca. Causa autem predicta valde simpli assignata est ponens terram non esse simpli deorsum ad quem vndeque feratur grauia et celis non esse simpli sursum ad quod feratur levia. Preterea terra non est late et plene superficie sed magis gibosa et sphaerica. quod patet ex hoc quod orizon semper fit alterum nobis translati ad quamcumque partem terre habitabilis. Preterea dicere terram manere in aere propter magnitudinem et tamquam moueri de subtilitate in sursum percussam ab ethere sunt contraria. Preterea causa predicta non saluat accidentia circa motum terre nec dicit quare magis in hac regione quam in alia et magis in hoc tempore quam in alio fiant motus. Democritus autem causam terremotus dicit esse quod terra plena aquis suscipit multam aliam aquam pluviale. que tota non potest suscipi ut vestre ipsius et ideo inferens unum terre causat motum in ea et quod terram siccum attrahit aqua ex his in locis repletis ad concavitates terre ex cuius transitu causatur motus in terra.*

*Anximenes autem causam terremotus dicit esse quod terra plus madefacta rumpitur quando desiccatur itaque frustra quod rumpuntur cadunt in concavitates et cœvertur terra et ideo fit terremotus in siccitatibus propter tales fracturas et iterum fit in pluviosis locis siccis temporibus quod terra humetata ab aquis cadit in voragini terre. Si ratio democriti et hec causa vera est oporteret terraz in omnibus locis apparere submersam quod falsum est in quibus sit terremotus. Preterea circa quedam loca fit terremotus que non plus habent de submersione quam alia loca circa adiacentia. Preterea terram concussam et per decisiones cadentem minus videmus aptam ad similitudinem fractiorem et casum. et ideo si hec esset causa terremotus semper minor et minor et tandem nullus in eisdem locis terre quod non videmus.*

*Lapl. xvij. quod sic incipit. Sed quoniam manifestum est neccessarium et cetero. Assig- nat veram causam terremotus quod est motus proprius clausi in terram quod confir- matis hoc quibusdam signis acceptis a temporibus et ventis.*

*Quoniam exhalationem multam neccesse est fieri ab humidu et sicco ut dictum est prius ex hoc autem fit terremotus hoc modo quod quis enim terra de se sit secca tamquam habet multam humiditatem ex umbris et ideo calefacta a sole et a calore sibi inato necesse est multam exhalationem fieri cuius quedam pars extra eam exhalat quedam in terram cœcludit quedam partem extra fluit et partem intus retinet et hoc supponito sciendum est quod corpus proprium loquaciter vehemetissime maxime motuum est tale autem est quod citissime alia penetrare et quod natura proprius talis est ideo intra corpus maxime est motus. Unde patet ex coniuncto sibi ipsum surgit in flamam et velociter fertur causa igitur terremotus non est aqua nec terra sed proprius infra terram ex his cum fluenter et motus fuerit non exalari extra. Et quod tranquillitate exante exhalatio continua infra terram fit quod est materia venti in ea adiungit principio unde cepit talis exhalatio idcirco ipsa multiplicata intus sit motus et ipetus infra terram ex quo*

*De terra motu.*

## Secundus

causatur plurimi marini terremotus sive simul intus fit talis exalatio sive finalis tota seratur extra extremitatem alto vento extra mouebit eam licet minores sunt terremotus qui fiunt nocte quod die magis circa meridiem quam tamen nocte quod meridies maioris sunt tranquillitas in meridie sol predicens reprimit exhalationem in terra noctibus autem propter abundatiam solis minus eleuatur exhalationes a terra et ideo nocte et meridie fit fluxus spissus inclusus infra terram natura exhalantis exterius marime autem in nocte hoc fit circa diluculum quod tunc spissi sunt incipere flare. si igitur talis spissus intus ex his principium habeat infra terram quod propter multitudinem permutatum resoluatur sic vetus circularis fortior est facit terremotum.

*Caplin. xvij. qd sic incipit. Ad huc autem circa loca talia et cetera. Confirmat causam predictam terremotus ex signis repertis in quibusdam eventibus contingentibus circa partes inferiores maxime circa terram.*

Igna autem quod spissus inclusus causat terremotum in terra sunt hec et cetera circa illa loca fiunt fortissimi terremotus cumque mare fluxibile est et regio propria substatia propter quod circa elispoticam achayam ciciliam et embeleem quod mare videtur sub intrare fiunt terremotus unde circa et idem propter predictam causam emanauerunt aque calide. Sunt autem terremotus in talibus locis quod spissus factus vehementer a multitudine maris repellitur in terram quod debet exalare et ideo regiones habentes cocaum loca suscipientes multi de tali spissu magis concutiuntur hoc autem principaliter in vere et in auctuno et maxime temporibus multum pluviosis et in magnis siccitatibus talia enim temporat multum sunt vetosa. nam estas propter vehementem calorem consumenter exhalationem et hyems propter frigus faciunt immobilitatem spissus. In siccitatibus autem aer est spumosus quod quando maior exhalatio secca fuerit facta quod humidus aer achimos et sine spissu humido. In pluviosis autem exhalatio infra terram ex his augetur eo quod intercipiat in angustioribus locis aqua replente coacutatem terre et quod multis spissis coprimitur in parvum locum ideo fluens et impinguens fortiter mouet terram. Exemplum autem huius reperiatur in corpore nostro in quo virtus spissus intercepta causa est terremotus pulsuum hoc enim accidit nobis propter variationem quod tunc spiritus de foris subito intus latum communicans spiritui interiori causat tremorem in corpore et hoc modo interdum circa terram fit ita quod aliquis motus eius assimilatur tremori et aliquis pulsui. Quante autem virtutis fit spiritus ad mouendum non solum patet ex his que fiunt in aere virtute ventorum. verum etiam et in alijs que fiunt in corporibus animalium in quibus terra. i. maior contractio nerorum et spissus. i. maior contractio eorum deinceps a cervice deorsum sunt motus spiritus animalis habentes tantum vigorem ut multi simul non possint vivere infirmos in talibus in otu constitutos et hoc modo oportet extimare spissum causare terremotum. Sensibiliter autem vidimus signa cause predicte nam in quibusdam locis terremotus incipiens non cessavit ante spiritus vehementis quasi et nephemas errumpens exiuit super terram unde nuper eradeam positi simile accidit et prius circa sacram insulam que fuit de numero vocarum eloy. i. consecratarum deo ventorum intonuit terra ad modum collie qua postmodum erupta eriuit tantus spiritus eleuans tantam fauillam et cinerem quod propinquam civitatem lipareorum intinuerat et peruenit ad ciuitates ytalie ita quod locus ex quo hec exhalatio facta est ad hoc appareat. Causam etiam ignis apparentis ibidem oportet putare quod aer paulatim acceditur et divisi ac successione fit ibidem incensio quod autem sub terra fluat spiritus arguitur ex hoc quod fit circa insulas predictas cum enim raufer flare debeat fit sonitus eis quod hauster longe flans mouet in aere quod motum repellit ad interiora spiritus qui exalabat ex terra fit autem talis sonus multotiens sine asimo

## Meteororum

Idest sine terremotu propter amplitudinem locorum in qua paucitas repulsi spiritus diversimode spergitur.

*Capitulum. xviii. qd sic incipit. Adhuc fieri sole caliginosu et c. Confirmat superiore causam terremotus signis acceptis ab his que sunt in alto.*

*Ignis autem qd terremotus fit propter ipsum ad interiora terre conclusum est obscuritas et caliginositas que fit circa sole absqz nube tempore terremotus na spu incipiēte progredi in terrā aer dissoluitur et disaggregatur ex quo apparet caligo et obscuritas circa solem. Aliud signū est qd ante matutinales terremotus fit trāquilitas quidē qd sps regreditur intra terrā et ideo maior fit tranquillitas ante maiores terremotus tunc eīm sps nō partim intus partim extra sed simul totus latus est infra terram frigus autē accidit eo qd eralatio naturaliter calida regreditur intra terrā venti ei calidi sunt. Qd autē quidā frigidū appareat causa huīis est qd mouet aerem plenū multo et frigido vapore sicut sps exsufflatus per os de prope calidus est de longe autē frigidus fit ppter frigiditatē vaporis reperti i aere deficiēte ergo spiritu naturali calido super terrā tempore terremotus cōuenienter fit frigus relicto vapore frigido in aere.*

*Aliud signū cause predicte est qd ante terremotū dedie aut pax post occasum extēte serenitate apparet quedā nubecula subtilis recta et longa eo qd venti translati in terrā nō causat motum in ea. Quins exēplum est in mari circa littora ubi fluctuationes et regimina grossa sunt et distortae subtile; autē et recte quō est trāquillum qd igitur mare facit circa terrā hoc facit sps. circa nubes in aere et sic trāquillitate extēte nubecula subtili et recta in aere relinquitur. Aliud signū qd circa eclipses lune fit terremotus qd tunc apropinquate interpositione umbre terre calidū aeris debilitatur et spu trāssato terrā fit in ea terremotus ut eclipsis et trāquillitas in aere. Videmus etiam qd sepe ante eclipsim medie noctis sunt vēti in principio noctis et ate eclipses diluculares sunt venti in media nocte qd accidit ppter debilitari calidū qd fit a luna qd cum apropinqua uerit loco eclipsis vel iam fuerit eclipsata reuertitur illud quo aer quiescebat et iterū fit ventus tanto debilior quanto eclipsis lune amplius perseverat.*

*Capitulum. xix. qd sic incipit. Cum autē fortis factus fuerit tremotus et c. Assignat causas accidentiū circa tremotus. s. duratiois sonis particolaritatis et raritatis.*

*Ortis terremotus nō statim cessat nec semel tantū agitat terrā sed aliquo ei⁹ prima agitatio fit. xl. diebus. secunda per annum vel per duos in eisde locis. causa autē magnitudinis eius multitudine sps et dispositio locorum per que sunt si fuerit talis nō ut facile pertransiretur a spu sed resistat eidē velut obstaculū cōtrapositū aque nec cessarium est ipsum retineri in ea et fieri maximā cōcussionē nec mox cōsumitur materia ipsi faciētis asinū. i. terremotū et qui nō cessat donec cōsumatur materia predicta vel debilitetur in tantū qd eralatio nō possit mouere terrā sicut in corpore animalis pulsus non statim cessat nec cito sed per moram. s. post debilitationem passionis et principij a quo fuerat excitata. Spiritus autem existens sub terra causat illos sonos qui preueniunt terremotus et qui sunt sine terremotibus quia sicut aer percussus emittit sonos humidos ita et pertutiens corpora solida causat eosdem nichil eīm differt ipsum percūti et percutere preuenit autem sonus motum propter subtilitatem et quia sonus citius perierat qd spiritus. Si autem spiritus sub terra sit subtilis et debilis propter facile penetrare non mouet percutiens autem ad loca solida et diuersimode cōcaua emitit oīmodō sonos ita ut videatur prodigium terre mugire causa autem qd factis terremotibus interdum eruperunt aque non est quia aqua faciat motum sed qd sps propellat*

## Secundus

aqua exire subtus terram aut in superficie eius sicut venti sunt causa fluctus in aquis et non eodem modo. Quod enim terra agitata et aqua effusa eventuntur causa, ut materia sunt terra et aqua et hoc patentes principium antea efficiens est spes. Quod autem aliquo simul cum terremoto fit fluctus in mari causa est contrarietas ventorum cum enim ventus agitans terram non possit mare repellere obstante vento contrario quod mouet mare propellendo et coartando congregat multum aque et maris et tandem devicto spiritu qui est in terra multa aqua propellitur que erupet super terram ad modum cathacismi. I.e. diluuij ita enim factus est circa achayam ubi austus flabit extra boreas autem infra terram quo victo et introente terram facta est tranquillitas tamquam simul fuit maris et terremotus et hic maior factus est propter mare obstantem spiritum qui sub terra erat nec permittens spiritui exhalare spem quidem fecit terremotum ypostasis. I.e. consistencia et impetus alterius venti fecit cathacismum. Sunt autem terre motus coiter non in tota terra sed in parte et sepe ad modicum locum eo quod exhalationes sunt in ipso loco et vicinis conueniunt in unum sicut siccitates et pluviae sunt aliquo secundum partes terre quae nubes ad determinata loca congregantur secundum lationem solis et secundum directionem locorum venti autem non sic particulariter sunt sed coiter occupant regionem sed his qui sunt in terra omnis ad unum locum habent impellit quod igitur mixtus spiritus mouet terram coiter tremit secundum latitudinem rara autem proponit in deorsum et tunc minus agitatur quod non est facile multum spiritum hoc idem conuenire ad longitudinem autem multiplex exhalatio potest consurgere a profundo. Ubiqueque autem factus fuerit terremotus in deorsum egreditur multitudo lapidum sicut bullientium in caldariis hoc enim modo factus fuit terremotus qui evenerit sibi similius et aliis in campo flegeo et tertius circa ligustinis. Sunt autem terremotus minus in insulis marinis quam in propinquis terre quae multitudo maris infrigidans prohibet exhalationem et suo pondere comprimit terram adhuc mare non premit spiritus obtinere terram et agitari et iterum occupans multum locum non permittit exhalationem includi in terra sed eleventur ab ea cum exhalationibus maris. Insule autem propinque terre sunt quasi pars terre et mare intermedium propter paucitatem cum habet virtutem infrigidandam vel comprimendam potius igitur insulas non contingit moueri nisi mare totum moueat a quo continetur et quia hoc difficile est ideo raro fit in ea terremotus et de terremotibus itaque causis et passionibus ipsorum hec dicta sunt.

Capitulum. xx. quod sic incipit De coruscatione autem et tonitruo et cetero Inuenit autem causam tonitrii et coruscationis et quare coruscatio posterior tonitruo prius sentitur.

Icimus autem causam coruscationis et tonitrii et fulminis horum enim osum idem est materia principium tam exhalatio secca quam humida sunt in potentia ad condensationem et hoc quod facit nubes constare ut dictum est prius Facta igitur spissiori constantia nubium in suprema summitate easque quae ibi deficit calor disgregans necesse est fortior et frigidior in tamquam ut pellat inferius calidum et inde aptum est ferri sursum sicut eodem modo quedam corpora pyramidalia per extrusionem exilientia a digitis cum manus plena aliquo molli constringitur sursum feruntur licet sint grauius frigiditate itaque nubium extrudentem exhalationem calidam et seccam sunt fulmina et venti violenter deorsum lati qui vocantur enesse caliditatem ergo dispersa in superiorum locum interdum aliqua pars sicca exhalationis includitur in aere infrigida et conuenientibus nubibus segregatur et violenter lata percuditur ad nubes continentes cuius percussione sonus vocatur tonitruum. Fit autem hec percussura quando vapor exhalans ex lignis convertitur in flamam fit sonus ruptis lignis desiccatis quem

## Meteororum

quidem vocat risum vulcā alij veste alij vtriusq; fit in nubibus sp̄s segregatus impin  
guēs ad spissationē nubii facit tonitruū. Sunt autē diversi soni in tonitrui ppter  
irregularitatē nubii et ppter intermediū ventres his qui sunt nō habētibus cōtinuā sp̄i  
studinē nec vniormē qnō autē sp̄s siccus et calidus a nube extruditur et ignitur subtili  
et debili ignitione ita q̄ coloratus apparet et hunc vocamus corruscationē. Sit autē  
hec corruscatio post percussurā et tonitruū et tamē prius videtur q̄ illa audiatur. quia  
visus anticipat auditum sicut patet in rebus facientibus sonum ex motu quoq; prius  
videmus motū secundo factum q̄ audiamus sonum motus prioris.

*Capl'm. xxi. qd sic incipit. Quis quidā dicunt et c. Interferit opiones aliorū de  
tonitruo et corruscatione et improbat eas concludens veritatem.*

Ausā corruscatiōis et tonitruī quidā assignat ignē factū in nubibus. ita q̄ em  
pedo. dicit causam hocq; esse ignē a radijs solaribus intercepti nubibus. ana-  
ra. vero ignē ab ethere desuper delatū deorsum. Splendorē autē huius  
ignis aiunt esse corruscationē sonum autē ipsius et fisurā dicunt tonitruū ita q̄ sicut p̄  
us apparet corruscatio q̄ audiatur tonitruū ita et prius sit. Ignē interceptū in nubi-  
bus modis predictis irrationabiliter dictū est et dicere ipm desuper ab ethere trahi de-  
orsum cum sit natum ferri sursum irronabilius est nisi assignetur causa. Preterea  
quare hoc sit tantuq; quādo nubes sunt et nō fit serenitate exīte oportuit dicere. Si  
militer improbabile est q̄ caliditas intercepta nubibus ab alijs causa predictorū nam  
tonitruū et corruscatio sit per aliquod segregatū dicere ergo q̄ sicut per aliquid inextis  
simile est ac si dicatur aquā nūc grandinē prius existere superius et nō fieri ibi sed quasi  
epochēya. i. superius reposita postea descendēte. Preterea interceptio caliditatis  
in nube magis causat aliquid q̄ tonitruū vel corruscationē sicut calor apud nos liquo-  
ribus interceptus nō aque calefacit quidē sed tamē cum infrigidaq; aqua et coagulatur  
nō sit in ea aliud tale qualia sunt predicta oportebat autē fieri similia scđm pportiones  
magnitudinis et paruitatis ita q̄ feruor ignis factus in aqua causaret sp̄s corruscatiōis  
qd nō est vez nec illi feruore ignis in nube dicunt sonū esse sed fixim q̄ est parua bulli-  
tio facta cum extinguit aliud calidū cum sono. Quidā autē dicit corruscationē nō  
esse aliquid sed apparere quādā fulgentiā in aere similis illi que apparet in mari vir-  
ga percusso tunc eim videā quidā fulgor i aquis maxime neccesse et eodē modo dicit  
in nube humida apparentiā frigoris esse corruscationē. Iste nesciūt naturā refrac-  
tionis aqua eim percussa fulgore facta refractione visus ab ipsa respectu alicuius ful-  
gidi et q̄ de die lumē solis excedēs illam claritatē exterinat ideo magis apparet nocte  
q̄ dies sic igitur aliqui dicunt q̄ corruscatio est restrictio alicui⁹ qd est perlustratio ignis  
nō geniti in nube sed ab alio intercepti nos autē q̄ eadē natura exalatio secca sup ter-  
ram facit ventū infra eam terremotū in nubibus autē aquosis tonitrua et corrusca-  
tiones de quibus nunc dictum est.

*Tertij libri qui sic incipit. De residuis dicam⁹ opibus et c. Capl'm primū de  
terminat de causis enēphie tiphonis incensiois et fulminis.*

Icendum est de passionibus et operibus residuis. s. que preter predicta po-  
sunt fieri ex segregatione exalationis sicce talis enī spiritus segregatur per  
modica et sparsim diuisus ac semper factus per flans tonitrua facit et corru-  
scationes in nubibus. Si autem multus simul et spissioz segregetur in nu-  
bibus: sit ventus enēfias. qui violentus est propter celeritatem segregationis que est  
valida. Om̄ igitur multa et cōtinua sit talis spiritus hoc accidit quia multa aqua et

## Tertius

plausa motens spm deorsum generatur. ambo eis in hec. s. aqua et spiritus potentia-  
ter sunt in nube ex qua sit plus de altero predictor: quanto plus principium cuiusli-  
bet ipsorum fuerit virtuosius. quando autem spiritus qui in nube erat segregatus con-  
tra percussit aliquod solidum sicut sit quando ventus ex loco ample fertur in angusti  
locum ut in porticis aut vijs tunc propter artitudinem loci et spiritus repercussionem fit  
resolutio: tunc enim impetus spiritus propellit anterius. et obstaculum prohibet ante-  
rius procedere. propter quod fertur spiritus in altum. si non prohibeatur illuc ferri et a-  
lius succedens et eodem modo fiat donec fiat continuatio ad uentum primo flantem  
modo circuli et propter hoc tam super terram quam in nubibus fiunt tales revolutiones  
ventorum. Sicut autem semper nubes segregantur et fit continuus ventus quando fac-  
tus fuerit enephias: sic quando factus fuerit predictus motus: ventus continue trahit  
secum nubes. quia propter spissitudinem non potest separari ab eis. vertitur autem circu-  
lariter propter cansam predictam: si fertur deorsum. quia nubes que deficiente cali-  
do in eis spissantur: semper inferius propellunt. vocatur autem hec passio si non fuerit  
colorata a calido tiphon et est ventus quasi enephias indigestus. Ventis autem  
borealis flantibus et in vallis non temperatis non fit tipho nec enephias eo quod ex a-  
latio secca et calida que est materia ipsorum extinguitur a frigiditate que in valli et ven-  
tis borealis flantibus in aere predicitur. Fit autem tipho quando enephias fit in  
non potest segregari a nube tunc enim spiritus nubem dicens delatus ad terram cum  
impetu ab ea percutitur et sursum propellitur ut sic fiat in eo circularis motus. Incen-  
sio autem fit quando spiritus subtilis expulsus de nube ignitur et acrem circumstan-  
tem incendit colorans ipsum ignitionem. Fulmen autem fit quando multis et subti-  
lis spiritus extruditur. ita quod si valde subtilis sit: non adurit propter subtilitatem. et hoc  
poete vocant argentea. Si autem minus subtilis existens adurat vocatur soltera  
et primus quidem propter velocitatem fertur velociter. sic prouenit ut pertranseat an-  
te quod igniat. et ante quod morando coloret. secundus autem quia tardior: colorat sed non  
exurit quia ante transit quod incendat. Resistentia igitur et metalla ab his fulminibus  
patiuntur et lique fiunt. non resistentia autem non patiuntur et quod propter raritatem ipso-  
rum spiritus pertransiens non comburit ea licet inueniens attritionem faciat. pater igi-  
tur quod fulmina sunt spiritus cuius confirmatio accipitur ex his que videmus. nam in  
epheso autem templum combustum fuit a fulmine flama diuisa per partes continue  
ferebatur. dictum est autem prius quod flama est fumus ardens. fumus vero spiritus sic  
eius et calidus quod patet in multo fumo de quo manifestum est quod est spiritus. Pa-  
tet etiam in passimis ignitionibus. ruptis enim lignis ex quorum ruptura exalat spiritus  
multus: ignis succeditur et fit flama que sursum fertur et inuidit domos. oportet igitur  
putare quod spiritus semper comitatur fulmina et econuerso. licet hoc non videatur. quod  
sunt sine colore unde ea que debent a fulmine percuti tanquam prius incidentes in eo pri-  
cipio effectu. Divisio etiam quam facit tonitruum in rebus non causatur ex sono  
sed ex spiritu qui simul segregatur dividens cum eo quod sonum fecit percutiendo an-  
tem virtute tali spiritus dividet quidem: sed non exurit. de tonitruo autem corruscacio-  
ne enephia incensione tiphonibus et fulminibus dictum est.

Capitulum secundum quod sic incipit. De halo autem et yrude et c.

Molens determinare de halo et yrude parallelis et virgis que fiunt pro-  
pter easdem causas premittit eorum accidentia et passiones.

## Meteororum

**P**ossunt quidem halo semper apparere integer circulus et sit circa lunam et splendens  
tia sidera sit autem tam nocte quam die et magis meridiem quam sero nam diluculo et circa  
ca occasum sit tardius yridis autem nunquam sit plus quam semicirculus et hoc sit sepius  
sole oriente et occidente ita quod non sit minor appareat maior portio et minus eleuatur quando  
sit maior plus eleuatur licet minor sit portio. Sit etiam que sit post equinoctium australi-  
nale non sunt autem plures simul yrides quam utramque est tricolor et eodemmodo colo-  
rum secundum speciem atque equaliter in natura licet colores superioris sint obscuriores et contra-  
rio modo positi coloribus inferioris nam yridis quam infra est prima periferia quam maxima est  
in ea coloris punicei cuius coloris est periferia infima superioris yridis quam est minima et  
ius et propinquior prima periferia interioris yridis et eodemmodo alios colores aportio-  
nabiliter disponuntur in superiori et inferiori yride. Colores autem predicti sunt illi  
quos pictores facere non possunt quod cum ipsis sint calores mixtione medietate punicei autem vi-  
ridis alurgus non sint mixtione quod omnes sunt patet quod pictores hos facere non possunt appareat  
aut quartus color inter medium punicei et viridis qui dicitur yancos. Paralleli autem  
et virge semper sunt ex latere solis et non desuper nec versus terram nec ex opposito solis nec  
sunt nocte sed dum ad hunc sol ascendit ad orientem vel descendit ad occasum plus  
rimum autem ad occidentem raro autem in medio celi sunt sicut aliquando accidit  
in bifore in quo loco per totam diem duo paralleli simul orientes permanerunt usque  
ad occasum solis iste ergo sunt passiones predictorum.

**C**apitulum. iiij. quod sic incipit. Causa autem horum omnium eadem est. Premittit quasdam  
supponentes necessarias ad cognoscendum causas halo yridis et aliorum dictorum.

**V**ia causa omnium dictorum eadem est eo quod oculi sunt refractio quedam licet diant mo-  
dis et principiis quibus sunt. scilicet quomodo accidit fieri refractionem et ad quid. scilicet  
ad sole vel ad aliud fulgidum fieri. Ideo supponenda sunt quedam. primum est quod  
yris fit de die. nocte autem raro fit ad lunam. et quidam putauerunt enim non fieri yridem. latebat  
eum eos propter raritatem. causa etiam latet et quod colores non apparent in tenebris et quod  
in sola una die mensis. scilicet nocte pleni lunij fit yris: si debet fieri a luna. et hoc tantum ipsa  
orientem vel occidente. unde solum bis in quinquaginta annis hoc compimus factum ab ea  
Secundum est quod visus refrangitur tam ab aqua quam ab aere et ab oibus habentibus plena-  
nam superficiem sicut dictum est in his que inde sensu et visu dicta sunt. Tertium est quod in  
quibusdam speculis representatur figura et colores in quibusdam solum colores. sicut in his  
speculis que tantum habent paruitatem ut non possint sensibiliter diuidi. in his est impossibile apparere figura cum oculis figura sit dimisibilis et quod necessarium est aliquid apparere  
in talibus speculis: figura in eis non apparet et relinquit quod appareat ibi color. Quarum  
quod coloris clari aliquando claritas non apparet aut quod miscetur colori speculi aut  
propter debilitatem visus fit apparentia alterius coloris. de his autem considerandum  
est in his que de sensu sunt.

**C**apitulum. iiiij. quod sic incipit. Invenit causam generationis halo et accidentium  
eius et ceterorum. Utens his que in precedenti capitulo supposita sunt.

Tentes igitur de presuppositis dicamus quare halo habet figuram circularē. et  
quare fit circa sole lunam et alia astra. quod eadem ratione fit in eis. Aere vaporoso  
erit et vapore ipso condensato in nube: si regularis fuerit et parua et partium ta-  
lis consistetia fit refractio visus ad eam. facta refractione radiorum corporis fulgetis in ipso.  
et hoc de halo. unde consistetia talis vaporis multum praesuerat signum est pluviae. disruptio  
eius signum vetus. marcedo vero. scilicet non cito tota extiratur signum est serenitatis. Si quidem  
n. iiiij.

## Tertius

eum nec marcescat nec extrahatur sed permutatur processu: propria natura que signum verisimiliter est. insinuat eum fieri talē cōsistentiā vaporis ex qua inspissatione ac cipiēte cōtinuationē necessariū est aquā venire propter qđ nigriores sunt alijs tales refractions sine halo. Cum autē distribuitur: fit diuisio eius a virtute sive a pncipio venti iam exītis in aere: licet nō presentis ipsi halo qđ patet ex hoc qđ vētus subsequēs. inde flat vnde incipit pncipalis diuisio halo. et sic discussio signū est vēti. Marcescata signū est serenitatis exsiccata vaporē humidum patet igitur quomodo aere se habēte fiat refractio. consistēte eum caligine nubis circa solē aut lunā visus refrangitur. et ideo halo nō sit ex opposito ipsoz. Et qm̄ vndiqz fit refractio predicta et ideo necesse est aut circulū aut partē circuli fieri apparere. nam in circulo a cētro frangētur equales linee ad circūferentiā qđ autē linee fracte a centro ad circūferentiā ad punctū. b. et alia ad. 3. et. 3. ad. b. que est. b. 3. d. sint tria puncta in circūferentiā ductas. quaz quelibet sit naturalis viuus trianguli cōpositi ab ipsa et a duabus lineis procedētibus ab extremitatibus ad punctū pupille sive oculi vidētis hi tres anguli erunt equales et iste linee sunt refracte a cētro ad circūferentiā. vel sic si a cētro frangatur linea ad tria puncta circūferentis equi distātia in ipsa circūferentia fient tres anguli equales inter se ergo linee predicte erunt equales. qđ patet in hac figura. Si autē ducātur catheti. i. linee recte ex angulis circūferentie ad corpus lucidū superius et ad visum inferius tres catheti ducci puncti ab angulis circūferentie ad corpus lucidū erunt equales et similiē alij tres ducti ab eisdēz angulis equalibus et in uno plāno. vel sic ex tribus qui sunt ex circūferentia quoz vnu sit. g. aliis. d. aliis. 3. ducantur catheci ad centrū medium inter corpus fulgens et visum quod sit. e. et linea transiens per centrū ipm ducatur quis sit. a. ad corpus lucidū qđ sit. b. predicti catheci erunt equales: cum sint in triangulis equalibus in superficie plana copulati ad vnam lineam rectā. s. ad eam que transit a corpore fulgido. ut pote a sole ad visum per centrū. descriptus eum circulus erit cuius centrū est. c. circūferentia est. g. 3. d. visus autē est. a. et sol. b. sicut patet in figura hac.

Portet intelligere talia fieri ad continua specula inter visus et corpus fulgens. s. solem vel aliud ex predictis. sed propter paruitatē et paucitatē materie vñiquodqz est visibile perse. Ex oībus autē videtur vnu esse propter quēdam ordinē consequētie et continuitatis albedo autē que appareat ibi est resulgētia solis apparētis in unoquoqz speculoz ita adinīscē continuoqz ut nulla inter eos sit sensibilis diuisio circulus autē siue speculū quod magis est versus terrā albiorz appetet et tranquilioz est. vento eum exīte ampliori superius nō est statio circuloz vel speculoz ibi manifesta. speculū autē sequēs illum qui magis fit iuxta terrā nigrum est et nigrus appetet propter prioris albedinem. Sepius autē fit halo circa lunā qđ circa solē. qđ caliditas solis cīcius dissolut consistentiam vaporis circa alia autem astra fit propter easdem causas fit circa solem et lunam non tamen tantum significat mutationes temporum: eo qđ spiritus paruum habet condēpstationem et minime secundam.

Lapl. v. quod sic incipit. Yris autem qđ quedam est refractio et c. Quibusdā presuppositis declarat causam et modum gñonis yridis.

Quia prius dictum est qđ yris est refractio: sed nunc dicendū qualis refractio sit. et quomodo et propter quā causam fiat. Visus refrāgi habet ab oībus plānis. i. politis et aliqualiter solidis. talia autē sunt aqua et aer maxime si aer habuit cōsistentiam. cum eum fuerit inspissatus: facit refractionē visus propter ipsius debilitatem. nam interduum absqz inspissatione visus multū debiliſ refrangitur. ab aere

## Meteororum

sicut accidit cuius habenti tam debilem visum ut videretur et ambulans quod ydolum pro cederet ante ipsum. quod contingebat ei quod visus refrangebatur ab aere propinquo quod propter debilitatem visus fiebat ad modum speculi. nec poterat penetrari sine repellere quemadmodum aer spissus et longe positus non potest repellere a vidente propter talem refractionem summitates rerum exanimis in mari videtur refracte et maioris magnitudinis quod visus res frangitur ab aere qui est vaporosior iuxta superficiem maris et hoc maritime accidit cum euri flauerint quod reducit aerem vaporosum obscurum et nubilosum. Propter eamdem causam orientibus et occidentibus sole et alijs astris corpora media inter visum et illa videtur maura. quod aer tunc magis caliginosus est propter elevationem vaporis; quod ipsis existibus et medio celo. magis autem refragitur visus a vapore incipiens fieri aqua quod quelibet pars que rorat consistens et condensata magis fit speculum quod aer caliginosus. Omnes autem dictum est prius quod in paruis speculis apparet color et non figura: ideo quod non incipit principium pluvie ita quod adhuc nondum pluit: iam vapor nubium condensatus est in minutis irrationes. et si ex opposito fuerit sol aut aliud fulgidum quod nubes facta radius fulgidi corporis ex opposito existens refrangitur in nube. ex quo accidit fieri quod in ea apparet colores et non figure. quod unaqueque pars specularis ipsius nubis parua est et indivisibilis secundum sensum: licet ex ipsis oibus appareat una magnitudo coloris: unoquoque ipsis paruorum reddente colore. Quia igitur talis passio sit sole et nube predicto modo se habentibus et nobis intermedij ipsis existibus propter refractionem quedam apparentia ita quod videtur nobis iris facta si sumus in medio solis et nubis roride et non aliter. manifestum igitur quod iris est refractio visus ad solem et quod semper sit ex opposito eius. halo autem circa ipsum licet ambo sint refractiones.

*Lapl. vij. quod sic incipit. Sed hoc quidem colorum varietatem et cetera. Non manifestat differentiam yridis et halo quantum ad colores et quare iris. non fiat circa solem sed ex opposito.*

Ris differt ab halo in colorum varietate. quod enim refractio yridis fit ab aqua et a nigro ac de longe et etiam ex opposito solis: habet plures colores quoque unus est puniceus. id est rubeus. fulgidum enim in nigro existens vel per ipsum transiens reddit color predictum. sicut patet in flama lignorum viridum quod rubea est sine punicea. quod ignis fulgidus mixtus est multo fumo caliginoso similiter solis lux admixta caliginoso fumo apparet punicea. et ideo prima refractione predictum habet colorum. quia fit a lumine solis refractione in paruis gutis et spissis. Halo autem quia fit ab aere albiore secundum naturam et sub sole ac per hoc prope ipsum eo quod propter fortitudinem radiorum aut cito dissoluitur vapor aut convertitur statim in pluviam. nube existente ex opposito solis fit quoddam tempus intermedium pluvie et genonis aque. nam si circa solem fieret tale tempus medium halo esset colorata sicut iris. non fiunt autem circa solem aliqua habentia colorum yridis secundum rectum nec circulatiter: licet quidam parui vapores ex latere solis colorati apparet qui vocatur virge. Omnes si circa solem constarent vapores caliginosi et nigri. posset apparere iris circuli completi: lumine solis recepto in ipsis. sicut in hyeme flantibus ventis australibus circa lucernas fit iris circularis apparen-  
s maxime manifesta habentibus humidos oculos. quia visus istorum propter debitatem cito refrangitur fit etiam talis iris circa lucernas ab humiditate aeris et a vapore fluente a flama qui cum mixtus fuerit fumo: tunc fit speculum in aere propter nigredinem vaporis sumi. Itaque lumine lucerne in tali vapore non apparet album: sed purpureum. et hoc circulariter ad modum yridis. nec ibi apparet puniceus color propter

## Tertius

debilitate visus et nigredine speculi. Iris qui sit ex gutis sursum lactis a remis causa-  
tur eodem modo quo illa que sit in nube quantum ad positionem colorum autem eius assimila-  
tur ei qui circa lucernas: quia non pruiceum sed purpureum habet colorem. eoque refractio  
eius sit a parvissimis et minutissimis gutis que sunt oculo vere aquae. Similis autem  
iris sit si quis subtilibus rorationibus distillet aquam in locum oppositum partim illustra-  
ti locum partim non. radij enim permutati in guttas faciunt apparere umbram similem  
yridi homini existenti extra hunc locum cuius yridis modus causa et coloratio sunt ea  
dem in eis que a remis. nam rorans utitur manu pro remo quia vero color predictus  
in yride sit sicut dictum est: manifestum erit de alijs coloribus eius ex dictis.

Capitulum. vii. quod sic incipit. Portet igitur intelligentes et ceteros. Inuestigat causas  
diversitatis colorum. et primo premitit quedam supposita.

Portet primo supponere quod fulgidus in nigro vel per nigrum facit colorum puni-  
cium. Secundo quod visus per tensum debilior sit. Tertio quod nigrum est sicut  
negatio. nam visu deficiente aliquando non nigrum apparere nigrum. propter quod  
visum delonge apparent nigra: visu debiliter pertingente ad ea sicut sensibiliter videmus.

Nam longe posita propter hanc causam apparent nigriora minora et planiora. si-  
cut et ea que in speculis videntur nubes etiam nigriores apparent in aqua representante  
quod in se ipsis. quod propter refractionem aspiciuntur paucum visu. nichil enim differt permu-  
tari visum vel visibile quantum ad diversitatem apparitionem rei in se. Sciendum autem quod cum  
nubes fuerit prope sole non appareat colorata: sed alba. Intuiti autem ipsam in aqua ap-  
paret habere aliquem colorum eorum qui sunt yridis. ex quo patet quod visus tam propter refrac-  
tionem quod propter debilitatem facit non nigrum apparere nigrum et album minus album et quasi  
nigrum. Visui igitur fortiori resurgentia luminis in nigra nube vel vapore appetet  
coloris punicei. debiliori intuiti parte consequenter se habentem appetet colorum viridis. quod  
autem ad hunc debilior est visus quo ad tertiam partem: permixtus i. colorum alurgum. plures au-  
psces non habēt voces qz non possunt expirare. vqr autē est motus aeris causat⁹ et expiratione. qz autē pisces qui sunt in flumine atheleo sonit⁹ faciunt hoc non ē per respirationem: sed qz branchijs vel penulis aquam mouēt. Qm̄ igitur vox est sonus animalis factus ex percussione aeris expirati ⁊ respirati: rationabiliter illa habēt vocez qz aerem suscipiunt per respirationem. Hoc autem aere respirato natura vtitur ad duo. nam sīc vtitur lingua ad gustum qui necessarius ē propter conſuptionez vite ⁊ ad locutionez qz est propter bene esse: ita vtitur aere respirato ad contemplationez caloris interioris tanqz necessaria ad vitam ⁊ ad formationem vocis necessarie propter bene esse. Organuz autem respiratiōis vocalis ē instrumentū confiatum pulmoni. quod vocatur arteria. siue trachea. quod nos dicimus epiglottū. et ea namqz reperitur in animalibus qz pedib⁹ graduntur eo qz plus habent caloris. qz alia animalia. ⁊ ideo locus cordis plus indiget aere ingrediēt et egrediente per respiratiōez ad contēperandum vehementiaz caloris naturalis. percussio igit̄ respirati aeris ab aiali virtute extente in corde ⁊ pulmone facta ad vocalez arteriam qz in extremo similis est ligule fustule. vox est. Unde non omnis sonus ē vox. qz contingit etiam lingua aliquid sonare non per modū vocis sīc facit tuisiens. oportet igitur ad formationez vocis asantiuz cum debita imaginatione verberare vocalem arteriaz. nam vox ē sonus nō tm̄ respīrati aeris: sed significatiui. licet hoc fiat aere verberato respīrāte aerem qz est in arteriā.

Luius signuz ē qz respirantia non suant vocem respirādo aut inspirādo: sed poti⁹ retinendo quasi ex respirato aere repudiendo aerem retentuz in vocali arteria. Et ideo pisces qz non habēt gutur carent voce. gutur autem non habēt quia non respiciunt aerem nec respirant.

Capituluz. xvij. quod sic incipit: de odore autē et olfabili et c. Determinat de odorabili ostendens qz sensuz odoratus homo hēt debilez. et quod differentias odorabiliuz cognoscit per analogiam ad gustum. ⁊ quid est odorabile et quid non.

Et odore ⁊ odorabili minus bene determinare potest bō qz de sono et visibill qz non est ita manifestum nobis quid sit odor. eo qz sensuz odoratus pejorem habem⁹ multis animalib⁹. praeue enim odorat bō. nec per certitudinez sentit odorabile: nisi a deo fuerit vehementēs et forte ut canset letitiam vel tristiciam. sicut enī animalia habētia fortes oculos non sentiūt differentias colorum nisi vehementēter mouentium: sic et homines non sentiūt differentias odorū nisi fuerint vehementētes. Ad tur olphatus bēt analogiam ad gustuz. et species odorum ad spēs humoris homo tñ habet certiorem gustuz. eo qz est quidaꝝ tactus quē sensuz homo hēt certissimuz. nam licet in alijs deficiat a multis aialibus: tamen tactum certius discernit. et ideo bō est prudentissimuz aialuz. cuius signum ē qz in genere hominuz scđm bunc sensū et nō alium cognoscitur ingeniosi et non ingeniosi. nam duri carne sunt inepti mente. molles autē carne bene apti. Sicut igitur aliquis humor est dulcis alius amarus: sic sunt et odores alij dulces ⁊ alij amari. qui sic proportionātur humoribus ut quedam habentia humores dulcē habēt dulcē et suauē odorez. qđam vero nō. et similiter de amaro siue austero sapore ⁊ accuto odore. qz tamen non sic manifesti nobis sunt odorez sicut humores: ideo ad similitudinez saporuz nominamus differentias odorum. dulcē enim odorem sīc et saporem in cocro et melle dicim⁹ acrum aut siue austeroz in pane azimo ⁊ similibus. Sicut autem respectu auditus dicit̄ aliquid audibile vel non audibile et respectu visus aliquid visibile ⁊ non visibile. nam commune ē sensu: qz compre-

## De anima

bendat propterea sensibile et eius priuationez: ita etiam respectu olphatus aliquod odo-  
rable et non odorabile, et hoc dupliciter. vel quia impossibile est habere odorez vel qz  
prauum aut paruum odorem habet eodem modo dicitur non gustabile.

**Capitulum. xviii.** quod sic incipit: est autem olphatus et c. D stendit aerez et  
aquam esse mediuz olphatus et vtruz respirantia et non respirantia similiter o-  
dorent. et qz in odore predominatur siccum.

**E**diz olphatus non est tantuz aer sed etiam aqua. quia aquatica videntur se-  
tire odorem et similiter animalia habentia sanguinez et non habentia in aere  
sentiunt. quedaz enim carentia sanguine ut apes alonge transeunt ad alumē  
ta mota ab odore. **D**ubitatur vtrum odoratus sit sensus vnius rationis in omni-  
bus. et videt q non. homo eniz respirans odorat. expirans autez et retinēs spm nec a  
longe nec prope odorat: etiaz si in nasuz intus ponatur odorabile. quis enim comu-  
ne sit omnibus odorantibus non sentire odorez posituz supra olphatum: tamen prop̄  
um est hominis non odorare sine respiratione. et quia carentia sanguine non respirat  
et tamen odorant: videntur habere aliuz sensum q olphatuq vel alterius rationis.

**S**ed impossibile est in eis esse olphatus alterius rationis si sentiunt odorez iste enim  
sensus vnuis et idez existēs est idez odorabilis tan mali q boni odoramenti. **P**re  
terea olphatus in carentibus sanguine et in homine corrumptur a fortibus odorib-  
us ut sulphureis et buiustmodi. ergo non respirātia habet olphatuq sicut et homo  
**D**issert autez hic sensus in homine ab alijs animalibz: sicut visus hominis a visu aia  
liū hēntiuz duros oculos. nāvisum in hōse habet fragma. id est panuz et palpebras q  
si velamen quas non molvens nec retrahens non videt. fortia autez oculis nil tale ha-  
bent sed statim vident que sunt in lucido. ita et olphatus in quibusdaz animalibus est  
sine operculo. sicut oculus in predictis animalibus et in aliquibus non acerem recipie-  
tibus olphatus habet cooperimentuz quod discooperitur per respirationez ampliatis  
venis et poris. et ideo respirantia non odorat in aqua quia non patiuntur ab odore: ni  
si respirando quod impossibile est fieri in humido. odor sic fundatur i siccō sicut sapoz  
in humido. sensituum autez odorum. tale est in potentia qualis est odor in actu.

**C**apituluz. xix. quod sic incipit: gustabile est quoddaz tangibile et c. **D**etermi-  
nat de gustabili ostendens ipsuz non fieri per mediuz extraneuz et q gustus ē  
respectu gustabilis non existens actu sed potentia humiduz.

**T**quia gustabile est quoddam tangibile hinc est quod non sentitur per medi-  
um corpus extraneum. sicut nec tangibile est enim gustabile aliquod corpus  
cuius sapor fundatur in humido sicut in materia. hoc enim est tangibile sine  
medio extraneo. vnde et si in aqua sentiremus appositiū dulce hoc non fieret per ipaz  
tanq per mediuz sed potius sentiremus humiduz saporosum admixtum aque. **L**o-  
loz autem in medio non videtur: quia admisceatur medio vel desluat per ipsum sicut  
rit in sapore. et ideo visibile et gustabile non conuenient in ratione medijs: quis sapor  
ita sit gustabilis sicut colorz visibilis. **N**ichil autez gustu percipitur sine humiditate  
actu vel potentia habita. salsum enim licet actu non sit humiduz: tamen quia bene li-  
quidum et liquabile est: per linguam dissoluitur et per humores qui sunt in lingua. gu-  
stabile est tanq potentia humidum. **S**icut autem visus est visibilis et inuisibilis di-  
co autem et inuisibile tan priuatione ut tenebra q excessu ut valde splendiduz: ita et a-  
uditus est audibilis et non audibilis. dico autem non audibile ut silentiuz vel parvus  
sonus et etiam sonus vehementer et violentus. et iterum sicut inuisibile dicitur aliquid

## Secundus

quia impossibile est videri aut aptuz natuz non videtur aut praece videtur: sic gustus ex respectu gustabilis et non gustabilis. non gustabile est autez habens prauuz aut parauuz humorez aut corruptiuuz gustus. potabile autez et non potabile videtur principium esse gustabilis que ambo pertinet ad gustuz ied hocquidem scilicet non potabile ut prauum et corruptiuuz eius. aliud autez inconveniens est nature ipsius vtrum scilicet potabile et non potabile comune est tactus et gustus propter humiditez et saporez. Quoniaz gustabile est humiduz necesse est gustum nec esse actu humiduz nec imposibile fieri humiduz. qz cum eius gustus patitur a gustabili in quantuz gustabile quod qudez in quantuz tale est humidu: oportet gustum ita esse humectatus et possibile fieri humiduz qz non sit actu humiduz. Luius signu est qz non contingit sentire per gustu lingua existente omnino sicca nec perfecte humida. nam tactus ipsius gustus fit primi humidu. et ideo prius gustas fortem saporez non sentiet qualitez alterius saporis statim gustati post ipsuz. infirmis omnia videntur amara propter quod lingua plena est precedenti humiditate. Simplices autem spes humorum sicut amarum et dulce contrarie sunt sicut et simplices species coloruz. consequenter autez se habet ad dulce quidez pingue ad amaruz autem saluz. madie autez inter predicta sunt acre austerez ponticum accutuz. hec enim sunt differentie saporuz. gustus igitur est potentia ad predictos humores. gustabile autez facit tales ipsum in actu.

Capitulum. xx. quod sic incipit: de tangibili autem et tactu et cetero. Manifestat quod idem est querere de tactu et tangibili querens vtrum tactus sit unus sensus vel plures et quid sit organum sentiens in tactu.

Et tangibili et tactu ita est eadem ratio: qz si tactus non est unus sed plures: et tangibilia sunt plura. Et ideo dubitatur vtrum sit unus tactus vel plures. secundo quid sit organuz sentiendi in tactu scilicet caro in habebibus eam et aliquid proportionale carni in non habentibus eam. aut hoc non sit organuz: sed potius medium sentiendi ipsuz autez organuz sit aliquid intrinsecuz. Ad primaz dubitationem dicendum est qz omnis unus sensus est unus contrarietas. sicut visus albi et nigri auditus grauis et accuti gustu amari et dulcis. et quia tangibles multe sunt contrarietas. sicut caliduz frigidum humiduz siccum et huiusmodi et ideo multi sunt tactus. Sed contra hoc dicetur quia etiam aliquoruz sensibilium plures sunt contrarietas sicut auditibilis non solum accumen et grauitas sed etiam levitas et asperitas vocis similiter et in colore multe sunt contrarietas. Huiusmodi obiectio solutio est qz contrarietas aliquoruz sensibilium reducuntur ad unum subiectu sicut differentie auditibilis ad sonum et ad unam primaz contrarietatem quod non est manifestuz esse in obiecto tactus. Quantuz ad secundaz questionez dubitatur vtrum sensitiuuz idest instrumentuz sentiendi sit numerus vel caro. dicere enim carnem esse huiusmodi instrumentuz quia simul cum tactu carnis sit sensus tactus: nullum est signum. nam si circa carnem extendatur aliqua pellis subtilis: statim per ipsum tactum fiet sensus tangendi. et tamen constat qz ipsa non est organuz sentiendi. et si esset connaturalis huiusmodi pellis: citius fieret tactus per eam non tamen esset organuz tangendi. Caro igitur sic se habet ad tacuum: sicut aer se haberet ad alios sensus si esset nobis connaturalis: tunc enim eodem organo videremur sentire sonum colorem et odorez videremur quia auditus et visus et olphatus essent unus sensus. sed quia diuersa sunt media per que sunt predicti motus: manifestum est qz et sensitiva sunt diuersa. in tactu autem non manifestum vtrum sit unus sensus quia non est manifestum eius medium. non enim a-

## De anima

er vel aqua possunt esse instrumenta vel medium ipsius cum ex eis non posset constare corpus animatus eo quia tale oportet esse solidum et firmum; et ideo relinquitur tale corpus constare mixtione terre et aeris et aque. siue ipsum sit caro siue aliquid simile carni. medium igitur tactus est corpus ad natum idest naturaliter coniunctum tactui quod mediante sentitur. et ideo necessarium est esse aliquid corpus medium tactui ad natum per quo dant sensus: cum sint plures sensi tangendi. Quod probat tactus qui est in lingua iste enim secundum eamdem partem sentit omnia tangibilia in quantum tactus et humor est. unde si alia pars carnis quam lingua sentiret differentias humorum gustus: et tactus viderentur idem sensus. nunc autem iudicantur esse duo propter hoc quod sola lingua sentit humorem. sic et tactus non est unus sensus sed plures qui videantur habere unum corpus tangentem subiectum.

**C**apituluz. xxij. quod sic incipit: dubitat autem aliquis et ceteri. Inuestigat autem utrum in tactu sit medium extrinsecum ostendens hoc medium aliter esse respectu tactus et aliorum sensuum. quia omne corpus habet trinam dimensionem que est profundum et non contingit corpora habentia intermedium corpus adiuvicem se tangere: dubitatur utrum inter corpus tangentes et tactum sit aliud corpus medium.

**D**uod dicendum quod humidus et humectatum non est sine corpore. tale enim vel est aqua vel aqueus. et ideo que tangunt se in aqua necesse est habere aquam pro medio. qua extrema eorum repleta sunt. nisi sint omnino secunda. et ideo impossibile est talia immediate se tangere quoniam medium est aqua. eodem autem modo est in aere. quia similiter se habet ad ea que sunt ipso: sicut aqua ad ea que sunt in ea. licet magis lateat nos mediatio aeris. Similiter animalia aquatica latet humectum esse medium se tangentium. **D**ubitatur autem utrum omnes sensus eodem modo vel alio et alio sentiant. quia videtur gustus et tactus sentire sine medio tangendo sensibile. alij autem sentiunt longe positum obiectum. Ad quod dicendum quod eodem modo scilicet per medium sentiunt omnes sensus. nam durus et molle ita sentimus per medium. sicut sonabile et visibile et odorabile. licet hec sentiamus atque: illa vero de prope propter quam propinquitate latet medium potius in tangibili quam in alijs sicut enim dictum est prius si sentiremus tangibilia mediate pelle ignorando quod hec esset media: Ita sentimus mediate aqua et aere ignorando quod hec sint media tangendi.

**Q**uamuis autem sensibilia percipiuntur aliquo medio: tamen differt medium in tangibilius a medio aliorum. nam in alijs ita sentimus sensibilia quod medium mouet alijs qualiter potentiam. tangibilia vero non sentimus motu a medio: sed ab eis simul mouetur medium et potentia sicut quis per clypeum percutitur. non quod clypeus percutiat: sed simul percutitur clypeus et homo.

**C**apituluz. xxij. quod sic incipit: manifestat quod caro est medium tactus inuestigans quod sit organum eius et ostendens quod obiectum ipsius ad opposita se extendet.

**M**onstratio tactus et gustus sic conueniunt cum alijs sensibus quia sicut aer et aqua sunt media. visus. auditus. olphatus: sic caro et lingua media sunt gustus et tactus. et sicut in alijs sensibus sensibile positum supra sensum ut album supra ultimum oculi. impedit sensationem: ita in tactu et gustu tangibile positum supra sensum impedit sensationes. ex quo patet quod virtus sensitiva tangibilis est interius. tunc medium est caro. **D**ifferentie vero corporis tangibilis hec sunt que sunt corporis q. ij.

## Secundus

sensitivis quibus clementa determinantur scilicet calidum frigidum humidum siccum. de quibus dictum est in his que de generatione. Tactuum autem est quoddam sentitum ipsarum. primus autem vocatum tactus est pars corporis talis in potentia quod sentit predicta differentie in actu. sentire enim quoddam pati est et ideo tangibile tales facit tactus in actu quale ipius est trahendo de potentia ad actum. Et quoniam tactus in quadam medietate predictarum qualitatum existit; ideo ipsas non sentit: sed excellentias ipsarum. quas tamquam sensibilia discernit. propter hoc quod existit in medietate ipsorum. medium enim discernit extrema: quia comparatus ad unum extremorum tenet rationes alterius. sicut igitur debens sentire albus et nigrum neutrum ipsorum est actu sed potentia utrumque: ita est in quolibet sensu alio. propter quod tactus debet servare calidum et frigidum potentia est utrumque et actu nichil ipsorum. Amplius sicut visus aliquo modo est respectu visibilis et invisibilis et similiter reliqui sensus sunt oppositorum: sicut tactus est tangibilis et intangibilis. Intangibile autem dicitur habens propriam excellentiam tangibilium qualitatum. ut aer et habens tantas excellentias earum dem ut corruptius sit tangentis ut ignis. dictum est igitur communiter de unoquoque sensu.

Capitulum xiiij. quod sic incipit: oportet autem universaliter de omni. Inuestigat quid conuenit sensui in comuni respectu sensibilius et quid debet dici in quolibet sensu organum. et quare excellens sensibile corruptit quilibet sensum. et propter quid plante non sentiunt nec omne corpus patitur ab omnibus obiectis sensuum.

Equilibet sensu hoc ostendere quoniam susceptivus est specierum sine materia. sicut enim certa figura animali aurum vel eneum suscepit non susceptiendo aurum vel esse: ita quilibet sensus patitur ab habente colorum vel saporem vel sonum et similia et non in quantitate talia sunt in materia: sed in quantitate recipit rationes sive intentiones ipsorum sine materia. Primus autem sensitivus est illud in quo est potentia susceptiva obiecti modo predicto. ita quod id est potentia sensitiva et obiectum in quo primo fundatur secundus rem. altera vero secundus rationes nam subiectum est quedam magnitudo: sed ratio quedam est potentia fundata in illo. Ex his manifestum est propter quid excellens sensibile corruptit sensum nam quia sensus est quedam ratio sive proportio que destruitur facta fortiori motione quam sit sua aptitudo hinc est quod sensibile excellens propter violenter actionem corruptit proportionem sensitivum. sicut fortis percussio chordarum in instrumento musico destruit sonum harmonicum et symphoniam. Manifestum est igitur ex eisdem propter quid plante non sentiunt: quia habeant vegetativum et patientur a qualitatibus tangibilibus. quia cum non habeant meditationem nec principium receptionis specierum sensibilium sine materia. sed patiuntur cum ipsis: idcirco non sentiunt. Dubitatur si aliquod corpus carens olphatu patiatur ab odore et carens visu patiatur a colore et sic de alijs similibus. Et videtur quod non odor est quid olphabile et ideo facit olfactionem que est passio olphatus. propter quod non habens olphatum non potest pati ab odore. et eodem modo est de obiectis aliorum sensuum. Preterea neque visibile ut lumen. neque audibile ut sonus. neque odorabile ut odor agit in corpora non habentia sensum. neque tonitruum scandit sanguis per sonum sed potius per motum aeris in quo est sonus. Tangibilia et humores que sunt obiecta tactus et gustus faciunt effectum in corporibus. quia si ab his corpora non paterentur non esset a quo corpora inanimata alterarentur. Dubitatur

## De anima

ergo quare alia sensibilia non agunt in corpora animata sicut et ista. Ad quod dicendum est quod ideo non oē corpus patitur ab odore et sono: quia passim a talibus sunt inde terminata et instabilia. sicut patet in aere qui patiente ab odore sentit. Quod autem dicebatur odorare quod ab odore patitur: nō est verum simpliciter: sed odorare est pati ab odore sentiendo odorem. aer autem non sentit quando patitur ab odore: sed potius sit sensibilis per ipsum.

**C**apitulum. xiiij. quod sic incipit: q̄ autem non sit alicuius sensus et c. Probat q̄ non est dare aliū sensū preter quinque predictos per rationes sumptas ex similibus propriis sensibilibus.

**A**ud preter visum auditum olphatum gustum et tactum. non sit aliū sensus sic patet. Omne quod sentit habet sensum tactus. et hunc nos habemus per quem nos sentimus omnes passiones tangibles in quantum tangibles

Sicut enim necesse est despicere aliquid organū ei cui despicere aliquis sensus: ita necesse est actu sentire habentes organum tactus. sicut habemus nobis coniunctum quecumque vero sentimus non per tactum cuius medius nobis coniunctum est: sed per media separata ut per simplicia elementa scilicet aerem et aquam sic se habent q̄ si per unum medius sensibilis diuersa genera sentiuntur ut sonus et color per aerem necesse est habentem organū conforme aeri: sentire utrumque. Si vero per plura media sentimus separata idem sensibile. ut colorē per aerem et aquam quia utramque diaphana sunt. habens organum conforme alteri illorum mediorum et utriusque sentiet idem sensibile per utramque. quia igitur sensitiva per medium coniunctus vel per medium separatum sufficienter continet omnes sensus: et isti sunt numero natura quinque predicti: patet q̄ preter ipsos predictos non est dare aliū. Preterea organa sentiendi. aut sunt ex aere aut ex aqua. pupilla que est organū visus proprius ex aqua est. organū vero auditus attribuitur aeri organum olphatus alteri predictorū ignis at aut nullus sensus est organū: licet misceatur principaliter alijs elementis ad construendū organum tactus: relinquuntur itaque omnino conformari et attribui aeri et aque quos sensus omnia animalia perfecta et non orbata habet. nam et talpa habet oculos sub pelle. Si ergo nullus est corpus vel passio sensibilis preter corpora et passiones que hec per media predicta sentiuntur: patet q̄ nullus sensus despicere habenti quinque sensus predictos.

**C**apitulum xv. quod sic incipit: at vero nec communius et c. Probat non esse aliquem sensum preter quinque per rationem sumptam ex sensibilibus communibus ostendens cum hoc quare habemus multos sensus.

Ensibilium communium sicut est motus quies figura magnitudo numerus. q̄ per se et non secundum accidens sentimus quolibet sensu non potest esse aliquis unus proprius preter predictos hec enim mediante in motu sentimus. magnitudinez enim sicut mensuramus ita et sentimus per motū et eodem modo figuram que est magnitudo. quies vero cum sit priuatio motus per motum habet sentiri. et similiter numerus sentitur priuatione continui ei et temporis. numerantur enim q̄ non sunt continua sed diuersa. Nullus igitur sensus unus potest esse proprius sensibilium predictorum. quod patet sic unusquisque sensus ita sentit per se unum sensibile propriū quod per accidens sentit quicquid est diuersum ab eo. quod est per accidens potest esse dupliciter primo ut aliquis sensus proprius alicuius sensibilis sentiat sensibile alterius sensus eo q̄ coniungitur colori in aliquo subiecto. secundo ut si aliquis se

q. iij.

## Secundus

sus per se sentiat propriuz obiectum et secundum accidentis subiectus & nullo modo est per se sensibile: sicut visus potest sentire filium cleonis cui inest albedo que per se sensibilis est. ex quo patet & sensibile propriu aliquius sensus non potest per se ab alio sensu sentiri. Cum igitur communium sensibiliuz ut motus quietis figure magnitudinis et similius sint plures sensus per se non est aliquis sensus proprius ipsorum. Si enim esset aliquis ipsorum propriu sequeretur & aliis sentire ea per accidentem. eo modo quo sentimus subiectuz per qualitates sensibiles ut filius cleonis per albedinez vel eo modo quo sensibile unius sensus per alium sensum sentimus quia coniungitur cum sensibili. sicut sentimus amaruz per visum: quia coniungitur cum rubeo. Et ideo in talibus contingit iudiciuz decipi alterius sensus. quia enim colera amara est et rubicunda aliquando iudicamus & aliquid rubicundum quo non est colera sit amara.

Si autem queratur quare habemus plures sensus et non unum solum. dicendum hoc fecisse naturaz ne lateant nos communia sensibilia. ut magnitudo et motus. Si enim solum visuz haberemus: non cognosceretur diversitas coloris et magnitudinis posito & color esset primum obiectuz visus et proprium. ex hoc enim & diversis sensibus percipiuntur sensibilia communia: manifestum est ea esse diversa a sensibilibus proprijs.

**Capitulum xvij.** quod sic incipit: quoniam autem sentimus et c. Inuestigat vtrum eodem sensu sentiamus et sentiamus nos sentire.

Aoniaz sentimus nos videre et audire necesse est aut visu sentire quia videmus aut altero quodaz sensu. Et si altero sentimus nos videre aut audire de illo sensu queritur si sentit se videre per se vel per alteruz sensum. dubitatur ergo de predictis. nam si idem sensus sentit & se sentire percipit: idem erit sensus diversorum obiectorum scilicet obiecti proprii et actionis vel passionis proprie. ut si idem visus videt et percipit se videre: idem visus erit respectu coloris et visionis. Si autem alio sensu sentiamus et alio pertipiamus nos sentire: duo sensus erunt eiusdem obiecti sensus enim quo percipimus nos sentire necessario sentiet obiectuz sensibile sensitio. qm sentit ut si alio sensu & visu sentimur nos videre: ille sensus erit perceptivus coloris. et sic duo sensus erunt eiusdem obiecti. Preterea si alter sensus est quo sentimus nos videre et quo videmus: de illo quereret vtrum per se ipsum sentiat se videre aut per alium. et si per aliuz: idem queretur de illo. ita & vel procedatur in infinitum quod est impossibile: vel denieretur ad aliquaz sensum qui sic iudex erit sui ipsius & sentiat se sentire. et si hoc verum est de aliquo sensu: standum est in primo. Contrarium huius est quia si sentit visus se videre quod aitez videtur vel color est vel habens colorem: oportebit visionez esse colorataz. Ad quam obiectionem dicendum est & sentire visu non est sic unius obiecti sicut videre. discernimus eniz visu mediate tam tenebras & lumen: licet non eodem modo cum tenebras non videamus. Preterea visio aliquo modo colorata est. quia sensituum suscipit speciem sensibilem sine materia. propter quod habeuntibus sensibilibus insunt nobis sensationes et fantasie sensibiliuz. Preterea unus & idem actus secundum rem est sensibilis et sentientis licet diuersus sit secundum rationez verbi gratia sonus secundum actum idem est & auditus secunduz actum contingit habentia auditum non audire et habentia sonum non sonare scilicet quando sunt in potentia. sed quando potentia auditiva est in actu: et potens sonare actu sonat tunc simul fit auditus & sonus in actu. quorum alterum dictimus auditionem alterum sonationem. Ambo tamen scilicet auditum et sonum

## De anima

neccesse est esse in potentia sentiente sicut in subiecto. actio enim agentis et passio patientis in paciente sunt vnum. vnde non ē neccesse omne agens pati vel moueri. actus autem sonatui sine soni sonatio est. sed actus auditui sine auditu ast auditio. duplicit autem dicitur auditus et sonus. scilicet in potentia et in actu eadē autem ratio est de actu aliorū sensibilium et sensuum. sicut enim actio et passio sunt in paciente: sic vniuersaliter actus cuiuslibet sensibilis et sensatio sensitivi sunt insensatio ita tamen q̄ in quibusdaz vtrūq; nominatum est scilicet actus sensibilis et sensitivi ut in auditu actus audibilis dicitur sonatio vero auditentis dicitur auditio. in quibusdam vero sensibilibus alterum est innominatu; ut in visu cuius sensatio dicitur visio et in gustu cuius sensatio est gustatio actus vero tam coloris q̄ humoris innominatus est.

**Capitulum. xxvij.** quod sic ipit: quoniam autē vnuis quidem et ē. Manife stat q̄ simul corrumpitur actus sensibilis et sentientis et simul saluatur vtrum q̄ secunduz actuz: licet in potentia simul non corrumpatur reddit etiam rationem quare excellens sensibile corruptit sensum.

Quoniam igitur actus sensibilis et sensitivi vnuis et idem est secundum rem: licet differens ratione: neccesse est simul corrumpi et saluari vtrumq; secunduz actum. ut auditum et sonum. et humorē et gustum et alia similiter. potentia autem non est neccesse. Quod primi naturales non bene considerabāt: quando vniuersaliter opinabantur simpliciter non esse colorē sine visu vel humorē sine gustu. licet enim color non sit in actu sensationis sine visu nec humor sine gustu. potentia tamen et color est sine visu et humor sine gustu. Quoniam autem vox siue sonus quodammodo existens idem auditui est simphonia quedam et hec est quedam proportio: neccesse est auditum consistere in quadam proportionata ratione et eodem modo quamlibet aliam sensationem propter quod vnumquodq; excellens sensibile corruptit propriū sensum cum destruat proportionez in qua consistit. excellens enim audiō destruit auditum et excellens humor gustus et excellens fulgidum visum et sic de alijs excellentibus obiectis. obiecta autē sincera et temperata secundum debitam rationem delectabilia sunt sensibus talia vero proprie sunt mixta et quasi media inter extrema sicut respectu auditus simphonia mixta est cum accuto et graui delectas auditum. similiter respectu tactus est mixtu; delectabile ex calido et frigido. excellētia vero sensibilia contristant et corruptunt sensum.

**Capituluz. xxvij.** quod sic incipit: vnuquisq; sensus subiecti sensibilis et ē.

Inveniat sensuz comunez esse ex hoc q̄ discernim⁹ sentiendo sensibilia diuersorum sensuum. ostendens q̄ iste sensus communis q̄ aliquo modo est vnuo alio modo habet vim multorum.

Quilibet sensus est respectu obiecti sensibilis cuius est perceptius in quantum est sensitivus discernens differentias ipsius obiecti. sicut visus respectu colorum discernens albus et nigrum et eodez modo est in alijs sensibus. Sz quoniam sentiendo discernimus differentiaz quam habent sensibilia diuersorum sensuz adinuicem ut album et dulce: neccesse est sensu cognoscere hanc differentiam: cū ipsa quorum differentiaz cognoscimus sint sensibilia. hanc autem differentiam non percipimus aliquo uno sensu de predictis verbis graui tactu cuius organum videtur esse caro q̄ neccesse esset discernere predicta sensibilia tangendo veraq;. Nec duobus sensibus potest discerni q̄ alterum sit dulce ab albo: sed oportet aliquo uno sensu vtraq; manifesta esse. duobus enim sensibus cognoscere duo sensibilia esse diuersa

q. iiiij.

## Secundus

simile est ac si diuersa esse cognoscetur: quia ego illud et tu aliud sentis. talis autem modo non iudicatur diuersitas sensibilius. et ideo oportet vnu et eumdem sentire sensum quoniam alterus est dulce ab albo. et iudicare ea differre. quod non est posibile fieri neque uno neque pluribus sensibus particularibus et ideo oportet esse quemdaz sensum communem discernentez differentiaz sensibiliuz diuersorum sentiendo utrumque. Quod autem non in alio et alio tempore sed in eodez predictis sentiat sensus diuersa sensibilia et discernat inter ipsa: patet. quia sicut ipse existens idem iudicat alterus bonum vel malum sicque quando iudicat vnu iudicat et alterus dico autem in eodez quando: ut si nunc dicit albus alterum a dulci: ita et in eodez nunc per se dicit dulce alterum esse ab albo: ergo simul in eodem tempore inseparabili percipit utrumque. Impossibile autem videtur esse vnu et idem indivisibile et indivisibili tempore moueri secunduz contra rios motus. dulce autem et amaruz tam sensuz que intellectuz contrarie mouent. similiter album et nigrum. ergo non eodez sensu simul sentiuntur predicta. Et si dicatur que sensus communis est unus et indivisibilis subiecto: tamen multiplex ratione et virtute: ita que aliquo modo indivisibilis existens scilicet secunduz esse et rationez. alio vero modo indivisibilis scilicet subiecto sentit diuersa: hoc non est possibile. Licet enil in eodez subiecto indivisibili possint esse contraria in potentia: non tamen possunt eidem inesse secundum actum sicut igitur impossibile est esse album et nigrum eidem simul inesse actu: ita impossibile videtur sensuz eumdez simul pati a speciebus ipsorum dicendum est igitur que sicut punctuz existens idem et unum in se est plura secundum que determinat lineas diuersas eo que pluries utimur eodez signo. sic sensus communis unus et idem est in se et secundum que indivisibile potest simul plura cognoscere ac divis cernere. secunduz autem que eodez utimur tamque termino plurium sensuz cognoscit et iudicat plura sensibilia separata et tempore diuerso utimur enim ipso pro duobus quando duo iudicat separata. de principio igitur secundum que dicimus animal esse sensitum hec dicta sunt.

**C**apituluz. xxix. quod sic incipit: quoniam autem duabus differentijs et ceteris. Enumeratis his quibus idem videtur esse sensus et intellectus determinat ipsos realiter et inter se differre.

**A**noniaz duobus. scilicet motu et sensu anima diffinita est comprehendendo sub sensu intelligere discernere et sentire: videtur intelligere esse quodammodo sentire propter multa. primo que in utrisque anima aliquid iudicat et cognoscit secundo quia antiqui idem dicunt esse sapere et sentire. **E**mperio enim dicit que appetitus in hominibus et in alijs animalibus inclinatur ad agendum ad presens. id est ad presentias terminati temporis vel conuenientias obiecti. itaque diuersitas obiecti vel temporis praeferat eis sapere diuersa. **B**omerius etiam dicit intellectus tales esse in terrenis hominibus qualez sol qui est pater et hominum per generationes et deorum et planetarum per illuminationes efficit illuminando. quod facit in die. Ita que omnes huius opinantur intelligere esse corporum sicut sentire quozque utrumque fit per simile ut dictum est in principio huius tractatus insufficienter aut determinauerunt de predictis omissis dicere de ignorantia seu deceptione que videtur propria animalibus. quia plurimorum tempus anima ignorans est unde necesse antiquos dicere omnia que videtur esse vera vel tactus rei dissimilis esse deceptiones: si noticia est per apprehensiones similis. hoc enim contrariuz est ei quod est simile similis cognoscere. nec istud potest esse verum quia eadem scientia et etiam deceptio eadem est contrariuz. Quid autem non sit idem intelligere et sentire patet primo

## De anima

ex hoc quod sentire in omnibus animalibus intelligere ait pascis. secundo idem per hoc quod intelligere contingit aliquid recte et non recte. recte quidem per prudentiam scienciam et vera opinionem. nec recte ait per contraria ipsorum. sentire ait non contingit aliquid nisi sit recte. quod sensus ipsius verus est respectu proprii obiectum igitur sunt in quibus dicitur intellectus a sensu. quia intelligere contingit aliquid falsum. et nulli inest cui non insit ratio sensus autem proprietatum semper est verus. et animalibus omnibus inest: et si eis non insit ratio.

**Capitulum. xxx. quod sic incipit:** fantasia ait alterum est a sensu et cetero. Manifestatur quod fantasiam est aliud a sensu et ab intellectu et ab opinione quod pertinet ad intellectum fantasiam ita dicitur a sensu et intellectu quod ipsa non est sensu et sine ipsa est opinio.

Aud ait ipsa non sit opinio manifestum est primo sic fantasiam enim nobis inest cum volumus quod preoculis et quasi in potestate nostra fantasiam. sicut patet quoniam actu recordamur et ydolum formamus rei absentis. opinari autem non inest nobis quando volumus. quod non est in potestate nostra verum vel falsum que requiruntur ad opiniones. Preterea cum opinamur aliquid difficultate vel terrible statim patimur. et similiter statim confidimus si opinamur aliquid unde confidenter sit. fantasiam autem aliquando nil plus patitur quod considerando difficultia et difficultas in pictura. Preterea fantasiam non est differencia acceptiōis id est cognitionis sed est scia opinio et prudenter et horum contraria. de quorum differentia alibi dicendum est. Quoniam igitur intelligere diversum est a sentire et hoc est aliud quod fantasiam que differt ab opinione: distinctes de fantasiam; dicamus etiam de intellectu et opinione. Si fantasiam proprie accepta et non secundum metaphoram est virtus secundum quam nobis inest aliquid fantasmatum id est ydolum fantasticum; non vero esse aliqua potentia et habitus sed quez discernimus verum et falsum. huiusmodi ait sunt sensus opinio scia et intellectus. non vero esse igitur aliquid istorum. Quod ait non sit sensus: per primo sic. sensus enim dicitur vel in potentia sed est visus vel in actu sed est visus fantasmatum autem quis sicut dormiens non per sensum in potentia: quia talis nichil intuetur. nec per sensum in actu quod talis non est in sonis. Secundo sic. sensus in potentia adest semper omnibus animalibus non orbatis. fantasiam autem non. sensus etiam in actu aliquando inest cuiuslibet animalium. fantasiam autem quibusdam nunquam inest. ut formice et apes et vermi. Tertio sic semper verus est sensus fantasie autem multe false. Quartto sic. quoniam opinamur certitudinem circa aliud sensibile: non dicimus hoc videtur nobis tale: sed hoc dicimus quando non manifeste sentimus. secundum fantasiam autem dicimus hoc nobis apparent sensus dicimus apparere dormientibus. Nec potest esse idem fantasmatum quod scientia vel intellectus. quod semper ista dicuntur vera. fantasiam autem falsa aliquando non.

**Capitulum. xxxi. quod sic incipit:** relinquitur videre et cetero. Probatur fantasiam non esse idem quod opinio. nec aliquid compositum ex opinione et sensu.

Via fantasiam non est idem cum aliquo eorum que semper vera sunt: relinquitur videre si est opinio sed opinione semper inheret fides. quia non contingit opinari. nisi credatur que opinantur. fantasiam non autem semper est coniuncta fidei: cum inest in multis bestiis. quarum nulli inest fides. Preterea omnes opiniones sequitur fides hanc autem suam esse suasionem autem sequitur ratio. quibusdam autem bestiis inest fantasmatum quibus ratio non inest: manifestum igitur quoniam fantasmatum nec opinio cum sensu nec facta per sensum. Nec complexio quidem opinio et sensus. Si enim esset complexio utriusque: oportaret utrumque ipsorum esse respectu eiusdem et non ita quod fantasmatum esset complexio ex opinione albi et sensu boni. Sic igitur unum et idem per se quod sensus

Secundus

esset opinatum per se non secundum accidens. Apparet autem quedam falsa secundum sensum de quibus tamen habetur vera opinio sicut falsum est solem esse unius pedis sicut appareret visui. et verum est ipsum esse majorem terra sicut opinatur. Si igitur fantasia est complexio opinionis et sensus: necesse est aut abscire veram opinionem habitaz de re et saluatam saluare non oblitaz nec decrederentem: aut si adhuc eadem opinionez habet fantasia erit simul vera et falsa. propter sensum falsa. propter opinionem vera. que non fit falsa nisi quando res sic mutatur ut lateat opinantem. fantasia igitur nec est aliquid eorum nec aliquid tertium ex his.

**L**apitulum. xxxij. quod sic incipit: **A**d manifestat quid est fantasia et quare sectum dum ipsam contingit multa facere et pati et propter quod aliquando vera est et aliquando falsa.

Quoniam contingit alius moueri alio motu: fantasias videtur motus esse. non tamen factus sine motu sensus: sed in his que sentiuntur et quorum est sensus contingit enim a sensu qui est in actu fieri motum fantasie similem sensationi. hic motus non contingens sine sensu nec existens in non sentientibus est fantasias habentia autem fantasiaz contingit multa facere aut pati secunduz ipsam. Contingit etiam ea z esse vera z aut falsa z. Accidit autem fantasiaz posse esse veram aut falsam. quia sensus respectu proprij obiecti ut plurimum verus est. et in paucioribus falsus respectu autem obiecti per accidens contingit ipsum mentiri. visus enim respectu alibi non mentitur. sed de eo cui album accidit respectu vero sensibilium communium ut sunt magnitudo motus quies et alia que sequuntur subiecta quibus insunt sensibilia propria maxime contingit decipi secundum sensu z. motus itaqz fantasie factus a sensu qui est in actu differt penes hec tria sensibilia. sicut eniz sensus respectu proprij obiecti presentis semper verus est: respectu autem obiecti sensibilis per accidens et etiam sensibilia communis sine presentis sine absentis. potest esse falsus: maxime quando sensibile procul erit: ita fantasias que est motus causatus a sensu secundum actum poterit esse vera. Dissert ante z fantasias id est visio vel apparentia eo qz causatur a sensibus quorum visus est principalis accipiens nomen a lumine sine quo non contingit videre. Animalia multa operantur secundum fantasiam quoniam ipsis manent multa fantasmatas similia se fationibz. qz propter hoc fecit natura: quia multa animalia non habent intellectum. in hominibus etiam aliquando intellectus velatur aut passione aut egritudine pre dominantibus aut somno ligante. et ideo natura preuidit aliud principium operandi. scilicet fantasiam de qua tanta dicta sint.

## De anima

**D**e parte autem anime qua cognoscit et ceterum. Huius libri tertius capitulum primum premissa intentione eorum quod de intellectu dicenda sunt: ostendit quod intellectus est quidam natura possibilis non mixta corpori nec artata ad unam naturam. est etiam locus speculum. et quod aliter patitur intellectus ab intelligibili et sensus a sensibili.

**E**parte autem anime qua cognoscit et percipit. scilicet de intellectu sive separabilis existente non subiecto sed ratione sive inseparabili: considerandum est quoniam differentiam habet ab alijs potentias. et quomodo sit ipsum intelligere. Si intelligere est pati aliquid aut per modum passidem. sic est sentire: hoc utique erit ab intelligibili si autem intellectus impossibilis est: susceptiuus autem spiritu: ita est in potentia respectu intelligibilis quod non est ipsum intelligibile. sicut sensus ad sensibile. Et quoniam omnia intelliguntur: neccesse est ipsum similem sic dixit anara. ut imperet. nos autem ipsius dicimus immixtum ut anima cognoscit quod si mixtus esset. aliquod intus apparet prohiberet aliquod extraneum recipi in ipso. ipsius igitur natura non est una determinata uno actu: sed potius intellectus natura possibilis. dico autem intellectum virtutem qua operatur anima et intelligit nichil intelligibilium actu ens ante intelligere. Et ideo non est rationabile ipsum misceri corporali organo quia si misceretur ei qualificaretur aliqua qualitate sensibili. scilicet caliditate aut frigiditate et huiusmodi sicut sensus. quarum nulla reperitur in eo. Benequide dicunt antiqui animam locum spiritus. non totam: sed intellectuam. nec actu sed potentiam. Quod autem non eodem modo patiatur intellectus ab intelligibili et sensus a sensibili: patet ex actibus. sensus enim sentit excellens sensibile sed corruptitur ab eodem. ut auditus a magnis sonis. et olphatus a fortibus odoribus. intellectus autem in intelligendo maximus intelligibilitus non propter hoc minus sed potius magis intelligit insima intelligibilia sensus etiam non est sine organo corporeo. intellectus autem separabatur ab eo. Cum autem intellectus sciat singula intelligere: dicatur sciens secundum actum. et hoc statim sit cum possit exercere in actum per se ipsum. ita quod tunc est aliqualiter in potentia ad considerandum: non tamen modo quomodo sicut ante addiscere. potest etiam taliter se ipsum intelligere quod factus est in actu.

**C**apitulum. iij. quod sic incipit: quoniam autem aliud est magnitudo et ceterum. Inuenit qualiter se habet intellectus ad quidditatem ut quidditas est et ad ipsam actionem existentem.

**A**niam in habitibus materialibus sive naturalem: ut est aqua sive mathematicam: ut magnitudo aliud est quidditas et aliud esse actu existens. ut aliud est magnitudo et aliud magnitudinis esse et aliud est aqua et aliud aquae esse. scilicet non aliud quidditas. et cuius est quidditas sive ens actu in omnibus ut in separatis a materia in his in quibus predicta differunt: anima cognoscit habens quidditatem et discernit ipsum a quidditate per aliam potentiam quam sit intellectus: vel per intellectus habentes se alio modo quam cognoscendo quidditatem. verbi gratia carnem que ita habet formam in materia: sicut simus in subiecto: sensitiva potentia iudicat in quantum caro est quidam propria calidi et frigidi sicut eadem potentia percipit calidum et frigidum. atque igitur quod intellectus cognoscit quidditatem carnis: alia potentia discernit esse. id est actualiter existentiam sive superpositum carnis actu existens. vel si intellectus discernit carnem esse: hoc facit actu reflexo post actum extensem ad sensum et ad fantasmatum. Eodem modo in mathematicis in quibus aliud est quidditas et aliud cuius est quidditas ut rectum et simum aut alia potentia aut eadem aliter se habente anima iudicat habens quidditatem et ipsam quid-

## Tertius

Sitatem. res enim sicut separabiles sunt a materia sic sunt apte nate cognosci per intellectum.

Capitulum. iij. quod sic incipit: dubitat autem aliquis et ceterum. Inuestigat quo modo intellectus cuius sit impassibilis possit intelligere.

Ubitatur si intellectus est simplex et impassibilis non comunicans cum aliquo in materia sicut anima. dicit faciens ipsum immixtum: quomodo intelligit si intelligere est quoddam pati. agens enim agit et patiens patitur in quantum aliquod est commune utriusque. Dubitatur etiam utrum intellectus sit aliquid intelligibile et videtur quia non quia cum omne intelligibile sit unius rationis: si intellectus est intelligibilis secundum seipsum: quecumque per se ipsum sunt intelligibilia habebunt intellectus. Si autem non est per se intelligibile eo quia sit mixtus cum materia: habebit aliquid per quod fiet intelligibile. sicut materialia habebant. Ad primas dubitationem dicendum est quod pati comunitur acceptum dupliciter dicitur uno modo per reales transmutationes. et tale arguit materiales. alio modo per esse in potentia ad receptiones. quomodo intellectus est in potentia ad intelligibilia et nichil eorum est actu antequam intelligat. est enim sicut tabula in qua nichil est scriptum. et pati hoc modo non arguit materiam sed ponit receptiones. Ad secundas dubitationes dicendus quod intellectus intelligibilis est per rationem propriam intelligibilitatis. sicut cetera intelligibilia et maxime intelligibilia immaterialia. in quibus id est intelligens et quod intelligitur idem etiam virtus speculativa et speculabile. non oportet autem in omnibus intelligibili reperiri virtutes intelligentia quia intelligenda habentia materiam ita sunt in potentia intelligibilia: quod in eis non est intellectus cum sit potentia immaterialis materiale ergo sic est intelligibile quod non est intelligens.

Capitulum. iij. quod sic incipit: quoniam aut sicut in omni natura et ceterum. Ad manifestum quod sicut in anima est intellectus possibilis ita est intellectus agens comprehendens differentias adiuvicem.

Iicut in omni natura factibili est dare aliquid tantum materia: quod est potentia omnia factibilia. et aliquid quod est factuum omnium ut materia artificialium est potentia omnia que possunt fieri per artes et eorumdem ars est omnis factitia ita in intellectu necesse est has esse differentias scilicet intellectum possibilium quod est omnia fieri et agentes quod est omnia facere. et hic est quidam habitus et quoddam lumen. lumen enim aliquo modo facit. potentia colores esse actu visibles. Intellectus igitur agens est separabilis impassibilis immixtus et substantia ens actu cum enim honorabilis sit agens patiente et efficiens materia. intellectus agens tantum non nobilior erit substantia ens actu. Intellectus etiam est actu considerans quia substantia et scientia rei secundum actum idem sunt. Quavis autem intellectus in potentia respectu unius et eiusdem sit prior tempore intellectu qui est actu considerans univ ersaliter tamen et respectu diuersorum non est prior ipso tempore. oportet enim esse intellectu qui seper actu considerat et non est talis ut aliquis quodam intelligat. Intellectus etiam separatus a materia ita est vere ens: quod solus est perpetuus et immortalis eo quod impassibilis. non reminiscuntur autem anime post separationem eam et corpore quod intellectus passus in quantum communicat cum virtute ymaginativa est corruptibilis nichil intelligens nisi substantia.

Capitulum. v. quod sic incipit: in dividibilis quidem est et ceterum. Declarat duplitem esse opiniones intellectus quarum una est simplex apprehensio circa quas non cadit falsum. et alia est compositione et divisione circa quam est verum et falsum.

## De anima

Ipseius intellectus que est indivisiibilium intelligentia est respectu eorum in quibus non contingit falsus. sed compositio et divisione est in his in quibus est verus vel falsus. ex eo quod intellectus ea simul componit tamquam unum. operatio autem simplicis intelligentie precedit eam que est compositio quemadmodum Empedocles dicit naturas generasse quedam capita primo sine collo et cervice. et postea concordiam composuisse ea. Si autem in operatione intellectus co-intelligatur tempus preteritus vel futurum ut dicendo albus fuit non album vel erit non albus. et componendo unum cum alio: sive dividendo: falsum erit vel verum. et sic non solum est verum et falsum in compositione et divisione respectu temporis presentis ut dicendo cleo est albus verum etiam respectu temporis preteriti et futuri scilicet dicendo cleon fuit albus. componens autem et faciens unum ea que sic componuntur est intellectus.

**Capitulum vi.** quod sic incipit: *indivisiibilia autem et cetera manifestat quomodo intellectus per simplices apprehensionem intelligit ea que sunt quanta per se sive per accidens. et etiam ea que sunt tunc ut sunt alba quomodo ista operatio distat ab ea que est compositio vel divisione*

Non iam continuus est indivisum actu licet sit divisibile in potentia: nichil probabit per simplicem intelligentiam ipsum intelligi ut indivisum. et in tempore indivisiibili id est instanti. tempus enim sequitur magnitudinem. secundum divisibilem intellectu igitur apprehendente simplici intelligentia continuum ut indivisum actu: non est dicere quod unam partem eius intelligat in una parte temporis et alias in alia et aliquid in medio utriusque. quia hoc non sit divisus: nisi intelligat partes continua. tunc enim dividitur tempus sicut et divisus intelliguntur partes continua. et ideo cum simul intelliguntur partes eius: idem est tempus sive instantis in quo illi apprehenduntur. Illud etiam quod est indivisiibile sive formam non secundum quantitatem. ut homo vel lignum intellectus intelligit simplici intelligentia. et tempore indivisiibili. non enim apprehendit ipsum in quantus est divisibile: nisi secundum accidentes neque in tempore indivisiibili: sed in quantus indivisiibile et indivisiibili tempore. in talibus enim que sunt unum formaliter est aliquid indivisiibile quod est separabile scilicet forma substantialis faciens ea unum. et etiam facit ea intelligi in uno tempore scilicet instanti facit etiam unitatem continuitatis ipsorum et tale reperitur in omni unitate continentis temporis. Punctum autem et omne indivisiibile quod tantum est ratio divisionis. ut est unitas intelligibilis: est ut priuatio quedam quemadmodum enim malum cognoscitur quia est priuatio boni: ita et predicta cognoscuntur quia habent rationem priuationis. ut sic aliquo modo cognoscantur per suos contrarium. oportet autem intellectum aliquid cognoscere per suum contrarium esse aliquando in potentia et non semper in actu. Si vero alicui intellectui non inest cognoscere aliquid per contrarium rei cognite: ipse se ipsum cognoscit tamquam semper actu existens et actu separabilis. Omnis autem actio intellectus que est dictio predicans aliquid de aliquo si cut affirmatio vera est: aut falsa non tamen omnis actio intellectus est talis: simplex intelligentia quidditatis rei vera est. sicut visus in apprehensione proprii obiecti ipse est verus: licet semper non sit verus indicando albus esse bovis aut non quicquam igitur entia sunt sine materia ea apprehenduntur simplici intelligentia. Scia autem rei materialis sive actus id est cum sciente. scia autem quod potestia reducit ad actu respectu unius et eiusdem est ipse potestia quam

## Tertius

actu. Anius aliter autem respectu diuersorum non est prius tempore, quia omnia que de potentia deducuntur ad actum per aliquid sunt quod prius existit in actu.

Capitulum. vii. quod sic incipit: videtur autem de sensibili et cetero assignat convenientias inter sensum et intellectum quantum ad actionem et passionem.

Ensibile autem agens sic educit sensituum de potentia ad actum sentiendi: quod non patitur neque alteratur. et ideo hec alia species motus ab his que phisice mouentur quia motus est autem actus imperfecti. iste autem actus simpli- citer perfecti. cum sit rei simpliciter actualiter existentis. Sentire igitur simplici apprehensione simile est simplici intellectioni. utrumque enim est actus perfecti. sicut dicere rem est per intellectum formare. cum autem sensus affirmat aut negat aliquid delectabile aut triste: statim ipsum prosequitur aut fugit. Delectari enim et tristare est agere aliquid circa bonum vel malum. in quantum talia mediante sensitiva. fuga autem et appetitus sunt actiones sensus secundum actum. itaque appetitum et fugitum sunt idem inter se et idem cum sensu realiter: licet differant secundum esse: id est secundum rationem. Et quia fantasmatum sic se habent ad intellectum sicut sensitilia ad se- sum: idcirco quando intellectus affirmat aut negat aliquid esse bonum vel malum me- diantibus fantasmatibus: ipsi prosequitur aut fugit. Et quoniam ita se habet ad in- tellectionem: idcirco anima sine fantasmate non intelligit. Sensibilia autem hoc ordine mouent sensum. aer enim illuminatus immutat pupillam et bec immutat sen- sum et eodem modo est in auditu et in alijs sensitilibus qui omnes immutant sensum communem qui est unus et ultimus tandem una medietas: licet plurifacetur secundum mul- totus aspectus. Et quis prius dictum est quod sensus communis discernit differentiam sensi- bilium diuersorum verbi gratia dulcis et calidi tamen hoc iterum est dicendum. Se- sus enim communis existens aliquid unum est sicut terminus unus. est etiam terminus sensationis sensituum particularium cui proportionatur intellectus. qui unus in numero ens habet se ad diuersa fantasmatum sicut sensus communis ad diuersa sensitilia in- dicare enim fantasmatum diuersae rationis aut contraria ita pertinet ad unum intellectum sicut indicare diuersa sensitilia diuersae rationis petinet ad unum sensum. Si eni- albus fit. a. dulce. b. fantasma autem albi sit. g. et fantasma dulcis sit. d. sicut se habet albus ad dulce. Ita fantasma albi ad fantasma dulcis et permuteatur. sicut se habet al- bum ad fantasma albi: ita dulce ad fantasma dulcis. per unum intellectum. Intel- lectus igitur species sensituum intelligit medianibus fantasmatibus. et ideo sicut p- sequibile et fugiendum determinantur per sensitilia presentia quando sensus est in actu ita in absentia sensituum potest esse prosecutio et fuga: quando in fantasmatibus fuerit determinatum prosequibile vel fugiendum. aliquando enim aliquid concipitur ut fugibile. quia sentitur nocivum esse. sicut videns ignem cognoscit per visum quia nocivus est appropinquant. et eodem modo per visum percipitur impugnans esse fu- giendum. aliquando ex ipsis conceptionibus seu fantasmatibus que sunt in anima ratiocinatur homo et comparat presentia ad futura: tandem si essent presentia sensitiliter et cum indicaverit aliquid letum aut triste: ipsum prosequitur aut fugit.

Capitulum. viii. quod sic incipit: et omnino in actione et cetero. Declarat quod ve- rum et falsum se habent ad intellectum tam speculativum quam practicum sicut bo- num et malum ipsius intellectus. et quod mathematica intelligi possunt tandem ab- strata a materia: quis non sint abstracta ab ea.

## De anima

**A**nimo enim verus et falsus tam in actibz intellectu praktici & sine actione. s. in consideratiōe intellectu speculatiū sūt i eodē genere bono et malo. verū etāq; bo nū virtusq; intellectu & similiq; malū. dñm tñ q; in intellectu speculatiuo abo dñf simpliciter sine extensiōe ad opus in alio scilicet pratico sunt cum extensiōe ad aliud.

**D**icta vero secunduz abstractionem videlicet mathematica intellectus sic concipit nam sicut intelligendo simuz et quodlibet aliud naturale in quātum tale intelligit nō separatum a materia: sed coniunctuz cum ipsa: ita intelligendo coruuz actu in quantū cōsum. intelligit ipsum sine carne in qua est. et hoc modo intelligit mathematica. tā q; separata a materia sensibili quis non sūt separata ab ea. vniuersaliter enim intellectus qui est secundum actuū sic intelligit res sicut concernunt vel non concernunt materiam in sui definitione. Atrum autem contingat intellectuz non separatus a corpore intelligere aliquod de separatis realiter posterius consideranduz erit.

**C**apitulū. ix. quod sic incipit: nūc anteū dicta de anima et ē. **M**anifestat quo modo anima est quodammodo omnia per intellectuz et sensum. et q; intellectus cuius in sui actione dependet a sensu non tamen per hoc ē iddeū cum fātasia

**A**nciigitur recapitulantes ea que de anima dicta sunt. dicamus q; anima est aliquo modo omnia entia. entia enim aut sunt sensibilia aut intelligibilia. **C**ui igitur scientia sit aliquo modo scibilia et etiā sensus sensibilia: anima que scit se sit aliquo modo scibilia per scientiaz et sensibilia per sensum et sic est aliquo modo omnia. Sed considerare oportet quomodo hoc verum sit. intelligendum est itaq; q; scientia et sensus seccantur sicut res. rebus enim entibus in potentia respondet scientia et sensus in potentia. que vero sunt actu proportionantur scientie et sensui in actu. sicut enim in anima est sensitiuū et scientificum in potentia: ita et in rebus est sensibile et scibile in potentia. Necesse est anteū animam esse omnia entia altero duorum modorum scilicet aut ita q; sit idem realiter cum ipsis. et hoc modo non est ipsa entia aut q; intentionaliter: et hoc modo est ipsa entia. lapis. n. non est in anima: sed species et intentio lapidis. vnde anima est sicut manus. manus enim in agendo est organus organorum. et anima in cognoscendo est species specierū. est enim per intellectum species specierum intelligibilium et per sensum species specierum sensibilium.

**Q**uod autem intellectus in sui actione dependeat a sensu: patet sic. quia res intelligibles non sic separantur a magnitudine sicut sensibilia ad inuicem idcirco intelligibilia etiam que dicuntur secundum abstractionez. similiter habitus et passiones sensibilium intelliguntur mediantibus speciebus sensibiliuz et ideo non sentiens nichil intelligit. intellectus enim simul speculatur fantasmata cum re intelligibili. fantasmata autem se habene ad intellectum sicut sensibilia ad sensum excepto q; sunt sine sensibili materia. Fantasia autem alterum est ab affirmatione et negatione quia cum ista sint in compositione. semper in eis verum est et falsum quod non est semper in fantasia. Primi etiam intellectus scilicet prime apprehensiones intellectus simplicis non sunt idem cum fantasia: licet non sint sine ipsa.

**A**pitulum. x. quod sic incipit: quoniam autem aia q; ē animaliuū et ē **P**remiso q; intendit determinare de virtute motiva: ostendit insufficientiaz quā rūdaz divisionuz partitū seu potentiarū aie. Qm aia ē diffinita & duas potētias q; b9 dñ et aia tū ab iaiato. s. discretio qd p̄tinet ad intellectū & sensū & motū & locū: d̄ sensu

## Tertius

quidem et intellectu predicta determinata sunt. restat determinare de motu quid sit scilicet utrum quedam pars ipsius anime separabilis ab alijs subiecto aut ratione: vel tota anima. Et si est pars aliqua utrum sit aliqua propria diuersa ab his que consueverunt dici partes anime: aut sit una de consuetis dici. **D**ubitatur autem confessus quod et quomodo oportet dicere partes anime. quodammodo enim modo videntur infinite. nec sole ille videntur quas dicunt aliqui partes esse ipsius scilicet ratiocinativa irascibilis et appetitiva vel rationalis et irrationalis. Videntur enī predicti insufficiēter dividere partes anime. Nam preter predictas apparēt aliae partes habentes maiores differentias. sicut vegetativa que plātis et alijs animalibus inest. et sensitiva que non est ponere facile rationales potentiam simpliciter vel irrationales. **P**reterea virtus fantastica secundum est diuersa est ab alijs potentijs. Qui igitur predictarum scilicet rationali irascibili et concupiscibili est eadem et a qua earum altera est et dubitatur maxime si ponantur separate ab inuisib[us] subiecto. **P**reterea appetitivaz que ratione et virtute altera est a predictis omnib[us] inconueniens est separare ab eis. Nam voluntas que est quedam appetitiva in parte est rationali. concupiscibilis etiam et irascibilis que sunt appetitiae reperiuntur in irrationali. et ideo si in anima sunt rationalis et irrationalis et concupiscibilis unaqueque earum erit appetitus in anima secundum predicta tria. **P**reterea preter predictas partes anime restat querere eam de qua nunc ē sermo scilicet de motu secundum locum. Motus enī augmenti et decrements in omnibus generationum et vegetativis et respiratione et expiratione. somno et vigilia que habent multam dubitationem perscrutandum est posterius.

**C**apitulū. xij. quod sic incipit: sed de motu secundum locum. **M**otus secundum locum non est in animalibus a virtute vegetativa nec sensitiva nec a ratiocinativa per se sumpta nec ab appetitiva.

**I**n considerandum est quid est mouens animal secundum locum motu processu. ubi primo manifestum est quod potentia vegetativa non est causa motus huiusmodi. hic enim motus semper est propter aliquid distans apprehensum currente fantasia et appetitu. nichil enim monetur secundum locum non appetens aut fugiens aliquid nisi per violentiam. **P**reterea plante in quibus est potentia vegetativa essent motus motu processu et haberent aliquam partem ad hunc motum. **S**ecundo patet quod sensitivaz non est causa processus motus. multa enim animalia habentia sensu sunt immobilia per totaz vitā. **S**ic igitur natura neque abundat in superfluis nec deficit in necessariis nisi in orbatis et imperfectis: predita animalia perfecta sunt et non orbata cum habeant virtutem generationem habeant etiam augmentum et decrementum: haberent utique partes organicas processionis. **T**ertio patet quod rationativa seu intellectus non est causa motus predicti. speculativus enī intellectus nichil speculat operabile nec dicit aliquid fugientem vel prosequendum. motus autem processus semper est animalis fugientis vel prosequentis aliquid supposito etiam quod speculetur aliquid operabile: non tamen precipit ipsum prosequi vel fugere. multotiens enī intelligit a liquidum terribile aut delectabile. non iubet autem timere vel desiderare: licet cor moveatur aliquando absque imperio intellectu. **S**i autem desiderabile causet motum appetitus altera pars a corde suscipit hunc motum. **P**racticus etiam intellectus per se non ē causa processus motus. tale enim intellectu precipite et ditante aliquid fugere aut persequi non monetur animal semper ad eius dictamen. sed aliquando secundum concupiscentiaz ut patet in scōniente. videmus etiam quod habentes regulam dictantem sanari

## De anima

per medicamina nō sanatur. quia nō agunt quod precipit ore sed sequitur desiderium appetitus. tanq̄ sit propriū alterius potentie et scientie pratica agere illud quod intellect⁹ praticus dictat. Quarto patet q̄ appetitus p̄ se nō est causa predicti motus. abstinentes licet eīm appetat et concupiscant aliquid: nō tamē operantur v̄l pro sequitur illud. sed potius sequitur intellectum et dictamē rationis dicentis illud non esse prosequendum.

*Capl. xij. quod sic incipit. Videtur autē duo hec mouentia et c. Inuestigat qđ est p̄ncipiū mouēs aīalia motu processuō ostendēs q̄ intellect⁹ praticus et appetitus reducti ad rationē vnius p̄ncipiij sunt causa motus predicti.*

*Qo yidentur causare motū progressiuū. s. appetitus et intellectus cōprehendo sub intellectu fantasiam. multi eīm boies pretermisso id quod sciunt per intellectū seqūuntur fantasias. in alijs autē aīalibus que mouētur localiter nō est intelligentia nec ratio: sed fantasia. vtraqz. s. intellectus et appetitus motiva sunt secundū locum. Non autē omis intellectus est motiuus localiter: sed praticus tātum. qui ratiocinatur ppter aliquid. et dissert a speculatiuo fine. quia finis huius est scire: finis autē practici est operari. Q̄ mis etiā appetitus est ppter aliquid. ita q̄ appetibile respectu cuius est appetitus p̄ncipium est intellectus practici sillogizantis. etiā ultimū inuentum ab intellectu est p̄ncipium actionis. quare rationabiliter hec duo appetitus et intelligentia practica mouentia sunt. verbi grā. si sanitas appetibilis est ab egrotante: ipsa erit p̄ncipium practici intellectus inuestigantis media sanitatis et ultimū inuenit ab intellectu. ut pote bibere farmacū erit p̄ncipium a quo incipit actio per quaꝝ sanitas acquiratur et ita appetitus sanitatis et intellectus practicus inquirens sunt principia mouentia ad consequendū sanitatē. Hec tamē duo reducuntur ad vnum p̄ncipale mouens. s. appetibile nam quia appetibile mouet appetitū tanq̄ p̄ncipiū pri mū: bīc est q̄ intellectus praticus mouet. fantasiam etiā quando mouet: nō mouet sine appetitu. vnum igitur primū mouens est appetibile. Si eīm hec dno. s. intellectus et appetitus mouent hoc faciunt scđm aliquā communē spēm vel rationē: quā nō habent nisi appetibili. intellectus praticus nō mouet sine voluntate que est quidā appetitus. Om̄e id quod mouetur scđm rationē practicā: mouetur scđm voluntatē. appetitus etiā mouet ppter rationem. concupiscentia contra rationē quidaꝝ appetitus. cum igitur appetibile mouet appetitū sine quo intellect⁹ praticus nō mouet: oportet hec duo. s. intellectum et appetitum mouere scđm conformitatē ad appetibile.*

*Capl. xiiij. qđ sic incipit. Intellectus igitur quidē et c. Declarat q̄ intellectus circa p̄ncipia semper est rectus. fantasiam autē nō. et q̄ multe sunt potentie in quas aīa diuiditur. et quare appetitus fuerint ad iuicē cōtrarij in eodem.*

*Intellectus autē oīs etiam praticus circa principia rectus est appetitus autē et fantasiam recti sunt et nō recti. quod accidit quia appetibile mouens appetitū et fantasiam aliquando est bonum aliquando apparenſ bonum. nō eīm om̄e bonum est motiuū: sed actuale. quod contingit sic et aliter se habere ex dictis tamē manifestū est. q̄ appetitus est potentia anime cui cōpetit mouere. In iuicē autē partes anime scđm potentias valde fiunt multe. quedā eīm vegetabilis. quedā sensibilis. quedā intellectua. quedā consiliativa. quedā appetitiua potētia est. hec ei plus dñt ad iuicē q̄ concupisibilis et irascibilis. Appetitus fieri contrarios ad iuicē in eode: tunc accidit: cum ratio et concupiscentia fiunt cōtrarie in eode. et maxime hoc fit in habentibus actualē considerationē dñe temporis. intellectus eīm et ratio ppter cōsi-*

## Tertius

derationem futuri temporis subet retrahere et non appetere illud quod nocuum erit in futurum. concupiscentia autem propter presentem delectationem iubet appetere delectabile presens. videtur enim concupiscenti delectabile presens esse delectabile bonus simpliciter. quia non aspicit ad bonum futurum.

Capitulum. xiiij. quod sic incipit. Specie quadam et cetero. Manifestat quod in motu predicto appetibile est primus mouens. et quod tria concurrunt ad hunc motum. scilicet mouens et quod mouetur et instrumentum. et quod instrumentum seu organum habet rationem principij et finis.

Ormaliter siue specifice unum est mouens aseparata motu processu. quod potest vocari appetibile aut appetitus. appetibile enim intellectu aut imaginatum cum sic moueat quod non moueatur est primus omnino in mouendo. et ideo intellectus et appetitus aliquo modo reducuntur ad unam rationem mouendi cum appetibili. ut sic dici possit esse specifice unum mouens. materialiter et numeraliter plura sunt mouentia. scilicet appetibile intellectus praticus seu fantasia et appetitus. Omnis autem in motu progressu tria sunt: quorum primus mouens. secundus autem quo mouet. tertius quod mouetur. Scindendum quod mouens est duplex. unum quidem immobile ut actuale bonus. quod est appetibile. aliud autem est mouens quod mouetur. scilicet appetituum. quod enim appetitus secundum quod appetit. mouetur. appetitus enim est actus quidam aut motus. quod autem tantum mouetur est ipsum animal. quo autem mouet est organum. appetitus enim mouet organo mediante quod organum est quoddam corporeum et ideo de ipso considerandum est in operibus communibus corporis et anime. Nunc autem sumatim loquentes de organo motu progressu dicamus quod ipsum est aliquo modo principium et finis. sicut enim in linea curva idem est subjectum gibosum et concavum: ita in organo predicio idem est finis respectu motus prioris et principium respectu motus sequentis. In talis etiam aliquid quidem quiescit et aliquid mouetur. et hec sunt diversa rationes; sed ambo sunt inseparabilia. progressiva enim mouentur motu compagno ex pulsu et tractu. et ideo sicut in motu circulari oportet esse aliquid permanens a quo incipiat motus: ita et in motu progressivo.

Capitulum. xv. quod sic incipit. Omnes quidem igitur et cetero. Declarat quod omnibus animalibus participantibus motu communem est habere appetitum et fantasiam et qualiter motus inest animalibus imperfectis etiam quomodo principium motus est omnino animali rationali.

Iicut prius dictum est animal est motuum sui in quantum est appetituum. appetitus autem non sine fantasia. hec autem est duplex: quedam rationalis et quedam sensibilis qua participant alia animalia carentia ratione. Considerandum tamen est de animalibus imperfectis quibus inest solus tactus utrum eis insit fantasia et appetitus sensibilis. videtur enim eis esse tristitia et letitia que sine concupiscentia et appetitu esse non possunt. et ideo dicendum est quod sicut indeterminate mouentur: ita in eis insit fantasia et appetitus indeterminate. Quatuor autem fantasias sensuales insit alijs animalibus deliberativa tamen solum rationalibus. quod patet primo sic. deliberare utrum hoc sit agendum magis vel illud est opus rationis. sola autem rationalia tali modo deliberant. secundo sic declarando quid sit magis agendum: necesse est inuenire aliquid unum mensurans et istud esse magis elegibile quod reliqua eligibilia imitantur. sed hoc facere soluz possunt rationem habentia. quod possunt facere unum ex pluribus fantasmatibus comparando ipsa et sillogizando ipsa ex ipsis. Et hec est propter quam irrationalia non habent

## De anima

Opinionem qz s. nō habent virtutē sillogizandi quā habent rationalia. appetitus eti am sensibilis nō habet deliberatiū. Et licet appetitus sensitivus nō habeat delib eratiū: tamē in homine aliquādo mouet deliberatiā potentia aliquādo mouet se ipm aliquādo mouetur ab appetitu naturali quando continentia in homine dñantur itaqz appetitus superior mouet inferiorē tunc motus hominis est naturalis: quādo appetitus superior et pncipalior mouet inferiorē. // Moneri quidē potest appetitus inferior tribus rationibus. s. ab appetibili a se ipso. tertio ab appetitu rationali. In motu autē quo rationale mouet ab appetitu deliberatiuo scientificū. i. propositio seu extimatio et ratio vniuersalis ut est parentes honorādos esse: ita est imobilis qz nō mouet particularis autē assūpta ut hec iste est pater meus ita mouet vel qz ipa sola mouet et nō mouet ea que est vniuersalis vel vtraqz est mouēs: vniuersali tamē mouente ma nente imobili et particulari existente variabili.

Laplīm. xvij. quod sic incipit. Vegetabile quidē et c. Manifestat quam habi tudinē habeat vegetatiū et sensitivū adiunicē ad vimentia et sensus ad alia.

Ecceſſe eſt om̄e quod viuit habere aīam vegetabilē a principio ḡnōnis usqz ad finem corruptionis. cuius ratio eſt qz quod generatur neceſſe eſt habere augmentū statum et declinationē seu decrementū. que ſine alimento eſſe nō poſſunt alimentū autē per potentia vegetabilē transit in alitum. Om̄ia autē vīne tia nō eſt neceſſe habere ſenſum om̄e cīm animal et om̄e habens ſenſum neceſſe eſt habere tactū. nullum autē corpus ſimpler et quodcuqz nō eſt ſuceptiū ſpēz ſine ma teria habet tactum. et ideo nō eſt ſenſitivū. multa autē habentia et vimentia ut herbe et plante ſunt ad modū corporoz ſimpliciū nec ſuceptiū ſpēs ſine materia. et ideo nō ha bent ſenſum. Neceſſe eſt autē om̄e animal habere ſenſum. natura autē nichil fa cit fruſtra eo qz oīa ſubſtentia per naturā ſunt propter aliquē finē vel propter aliquē or diatiū ad finem. Si igitur corpus aīatum mobile motu proceſſu nō habet ſenſum nō poterit conſequi alimentū et ſic corrūpetur nec veniet ad finem ad quē opus nature ipm ordinauit. Aīalibus etiam que ſemp manent in eodē loco exiſtit coiunctum a limentū quo nata ſunt nutriti hoc ſenſu mediare percipiunt. om̄e igitur animal ſenſū habet. Nec dici poſteſt corpus aīatum habere aīam et intellectū discretiū quo per ueniat ad finem ſenſum autē nō habere. ſine tale motu ſenſu ſcōm locum ſit genera bile ſine ingenerabile. ipm cīm carere ſenſu contingere vel propter melius anime vī propter melius corporis. propter melius aīe nō oportet carere ſenſu. qz ipa nō magis intelligit in aīalibus ſine ſenſu: cum eius intelligere oriatur a ſenſu. nec propter melius corporis quia ipm nō magis conſeruatur propter parentiam ſenſuum. nullū igitur corpus aīatum mobile proceſſu eſt ſine ſenſu.

Laplīm. xvij. quod ſic incipit. At vero ſi ſenſum habens. Determinat de ba bitudine ſenſus animalis ad corpus in quo proposito qz neceſſe eſt corpus a nimali ſocompoſitum eſſe et nō ſimpler: prius manifestat tactum et gūſtum eſſe neceſſarios animali. alios autem ſenſus propter bene eſſe.

Monē corpō habēs ſenſum neceſſe eſt ſeſtum coſtituti nam ſimpler eſſe ipoſſible eſt. qz tactum nō haberet. quē tactū om̄e ſenſitivū habere neceſſariū eſt.

Om̄e cīm animal eſt corpus aīatum et om̄e corpus eſt tangibile. tangibile ei eſt ſenſibile tactui. et ideo neceſſe eſt animal habere corpus tactuū ſi debet ſalvare. a lij cīm videlicet olphatus viſus auditus ſentiunt p media ſeparata tactus aut per me dium coiunctū et ideo animal nō poterit fugere nocua et accipere vtilia ſine quib⁹ im

## Tertius

possibile est ipm saluari nisi habeat sensum tactus. Gustus etiā cum sit alimēti qđ est corpus possibile tangi est quidā tactus & ideo necessarius est animali. Est eīm sensitivus alicuius tangibilis & vegetativi. sonus autē cuius respectu est auditus. & color cuius respectu est visus. & odor cuius respectu cuius est olphatus nō alīt nec faciunt augmentū nec decrementū. & ideo tactus & gustus sunt neccessarij animali. nec possibile est animal esse sine tactu. alij autē sensus sunt propter bene esse & istos nō est neccesse in esse cuilibet generi animalium: sed tantū quibusdā. s. habentibus motū processuum. talia eīm animalia si saluari debent nō solum sentire oportet aliquid cōiunctū eis mediante tactu: sed etiā quod longe. quod sentire nō possunt nisi sensu percipiēte per mediū qđ quidē patiatur & moueat a sensibili & a quo medio mouatur sensus. Si cuī eīm mouens localiter permuat aliud usqz ad aliquē terminū: itaqz pelendo medium facit ut mediū moueat aliud in quo ordine primū mouens propellit & nō depellit: vltimū autē solum depellitur: mediū autē seu unum seu multa sint & depellitur & depellunt: sic etiam in alteratione que fit a sensibili in sensum per mediū sensibile qđ primū est mouens: ita mouet qđ nō mouetur. sensus autē mouetur & nō mouet. medium autē mouetur a sensibili & mouet sensum. ita qđ manens in eodē loco alterat sensū per mediū sensibile: sicut si in cera imprimatur sigillū seu figura: usqz ad tantū exceditur alteratio facta a primo im̄pmento: usqz quantū attingit virtus im̄pmentis. & cera mediante potest fieri aliqua impressio seu alteratio in lapide. lapis autē sic alteratus nō mouet nec alterat aliud eo qđ non potest esse mediū quo aliud alteretur aqua vero potest esse mediū quo aliud etiam procul distans moueat & alteretur. aer etiaz sic faciliter & multipliciter mouetur quod agit & patitur eo qđ propter sui raritatē de facilire caput sp̄es sensibiliū. quibus receptis agit in sensum. sicut patitur a sensibili & hoc si maneat unus & idē non interruptus aliquo spissō terminato. Unde melius est dicere animal videre visu recipiente & paciente a visibili ut a figura & a calore & vniuersaliter ab objecto mouente mediū exīs vñū quale mediū est aer continuus & leuis & hoc mediate mouetur visum sicut sigilluz ingreditur cerā usqz ad aliquē terminū quē ultimo mouet: quā dicere visionē fieri visu egrediente & repercuesso.

Caplī. xviii. quod sic incipit. qđ autē impossibile sit & c. Probat qđ superius propositū est. s. corpus animalis nō potest esse simplex adiungens qđ sine sensu tactus nō potest animal existere ceteri vero sensus sunt propter bene esse.

Ed qđ impossibile sit corpus animalis simplex puta igneū tantū vel aereū patet sic. omne corpus animalis est tactiuū eo qđ habet sensum tactus sine quo nō cōtingit aliū sensum habere omnia autē elementa simplicia preter terrā sensitiva sunt in quantū ipsa possunt esse mediū extraneū sentiendi. tactus autē sentit ipsa tangendo īmediate. Propter quod sortitur hoc nomē. s. tactus. quis eīm alij sensu sentiant tangendo. hoc tamē est per media separata. solus autē tactus per se ipm sentit & qđ nullum elementoz est īmediatū sentiens: ideo nō potest esse corpus animalis. qđ autē dictū est de alijs elementis est etiam verum de terra. Quod autē corpus animalis nō possit esse simplex maxime solum terrenū patet sic. tactus sine quo nō potest esse tale corpus est quedā medietas tangibiliū. est etiam sensus susceptiuū nō dīaz solum que cōpetunt terre: sed etiam calidi & frigidi & oīm possibiliū tangendi. hec autem nō sunt in simplici corpore maxime in solo terrestri. propter quod ossibus & capillis & huiusmodi partibus nō sentimus qđ terre sunt. propter quod etiā plate nullum babent sensum quia terre sunt. nulluz eīm sensitivū possibile est inesse alicui sine tactu

## De anima

qui nō inest terre vel alicui elementoz. Ex dictis etiam manifestū est qm̄ neccesse est animalia priuato solo tactu mori quia non est possibile hunc sensum existere alicui quod nō sit animal nec alium preter hunc neccesse est animali inesse z hec est causa ppter quam sensibilia excellentia alioz sensuum ut excellens color odor vel sonus ita cor runpunkt sensus quod tamē nō corrūpunt per se animalia: licet scdm accidens possint ipsa corrūpere puta si cum vehementi sono fiat excellens depulsio z ictus corrūpunt tactum animalis z a calore seu odore mouetur animal ad aliquid corruptiu. tactus etiam sapor corruptit scdm quod est quid tactuum. tangibilia autem excellentia puta calida z frigida z dura per se sunt corruptua animalis. om̄e eim excellens sensibile corruptit sensum. z ideo excellens tangibile corruptit tactum sicut determinati est Et qm̄ sine tactu impossibile est animal vivere idcirco excellentia tangibilia nō solum corrūpunt sensum: sed etiam animal. quod neccesse est habere tactum si debet esse. Alios sensus animalia habent propter bene esse z visum habent ad videndū in aere z aqua z vniuersaliter in diaphano. ut melius vinant. gustum autem z odoratum habent ut sentiant delectabile z triste in alimento z sentiendo concupiscant z mouetur ad necessarium alimentum. auditum autem habent ut aliquid significetur ipsis. vnde lingua usq; per ipam possit aliquid significare alijs aliquid conserēs ad bene esse.

Expliciunt libri de anima.

# Primus

## Capitula primi libri metaphysice.

Primum capl'm probat necessitatem scientie ex naturali desiderio qđ est in hominibus scire aliquid.

ii. comparat experimentū arti & scientie ostendens ipm precellere quantū ad agere & precelli quantum ad scire.

iii. comparat scientiam speculatiuaz ad praticam ut ostendat speculatiuam esse nobiliorem.

iv. ex conditionibus sapientis probat primam p̄biam proprie dici sapientiam.

v. manifestat primam p̄biam esse speculatiuam diuinam liberalē bonorablem ceteris.

vi. determinat necessitatem considerandi que & quot sunt cause entis prosequens opinionem naturalium de causa materiali.

vii. q̄ evidētia rei coegit antiquos ponere causam efficientem sine qua nō est generatio & etiam causam finalem.

viii. q̄ causa vnde principiuz motus non est ponenda vna sed plures de quibus imperfecte locuti sunt antiqui.

ix. q̄ leucippus & democritus causam materialē tetigerunt ex qua assigauerunt diversitatem entium.

x. continet opinionem pictagoriconum ponentium numeros & passiones ipsorum principia rerum.

xj. continet opinionem loquentiū de toto ente tāquā ò na na singulari.

xij. continet opinionem platonis de principijs & in quo differat a pictagoriscis.

xij. continet sumatim dicta antiquorum de causis qui non inueniuntur possisse nisi quattuor causas de quibus dictum est in phisicis.

xvij. improbat opinionem ponentium tantum ynum principium materiale & hoc corporum.

xv. improbat opiniones ponentium plura materialia p̄ncipia specialiter em pedo. & anara.

xvi. improbat opinionem pictagoricorum declarans eorum insufficien- tiam.

xvii. improbat opinionem platonis de ydeis & declarat insufficientiam positionis & incōuenientia.

xviii. improbat opinionem platonis sex rationibus ponentis ydeas esse quedam exempla.

xix. alijs sex rationibus improbat dictum eius quantum ad hoc q̄ ponit numeros ydeas.

xx. improbat opinionem platonis de principijs entium quantum ad rationē essendi.

xxi. improbat quattuor rationibus opinionem eiusdem scōm q̄ dicit ydeas esse principium sciendi.

## Capitula secundi libri.

Primum capitulum declarat facilitatem & difficultatem cognitionis veritatis que difficultas prouenit ex parte intellectus nostri.

ij. declarat primam p̄biam esse scientiam veritatis cognite per primā causaz que est maxime & necessario vera.

iii. probat q̄ est status in causis & primo in efficienti & materiali.

iv. quod est status in causis finalibus et formalibus et etiam generationibus ipsorum.

v. declarat impedimenta cognitionis veritatis & que obseruanda sunt volenti inquirere noticiam ipsius veritatis.

## Capitula tertij libri.

Primi declarat q̄ dubitare est utille ad querandum noticiam veritatis.

## Metaphysice

ij. enumerat quasdam opiniones de quibus tractandum est in sequentibus.

iiij. inquirit disputatiue utrum una scientia aut plures consideret causas entium et si plures que ipsarum sit prima philosophia.

ijij. utrum de primis principijs consideretur in una scientia et utrum eadem scientia sit de eis et de substantijs.

v. utrum omnium substancialium sit una scientia simul considerans substancialiam et eius accidentia.

vj. utrum preter substancialias sensibiles sint alie substancialie et utrum ydeae et mathematica eiusdem generis.

vij. utrum genera sint magis pondera principia entium quam materia et forma et econuerso.

viii. utrum genera sint magis pondera principia entium quam species que immediate predicantur de individualibus.

ix. utrum sit aliquod universal preter singularia. et utrum sit aliqua forma separata a sensibilibus.

x. utrum sit una forma substancialis omnium entium et utrum omnia sint eadem principia.

xj. utrum corruptibilem sint eadem principia.

xij. utrum ens et unum sint substancialie rerum vel aliud ab eis.

xij. utrum numeri et divisiones mathematicae et puncta sint substancialia entium.

xij. utrum preter sensibilia et mathematica necessarie sit ponere ydeas.

xv. utrum principia sint aliquid actuantum. et utrum singularia vel universalia sint rerum principia.

### Capitula quarti libri.

I. Primum declarat ad primum philosophum pertinere considerare ens in quantum ens et causas ipsius quia ens multis modis dicatur quia habet universalitatem analogie ad primum ens de quo

principaliter considerat prima philosophia.

ij. quod unum et ens idem signant et quod tot species uniuscuiusque quot entis de quibus oibus est eadem scientia.

ijij. quod ad ipsum philosophum pertinet considerare de pluralitate sine multitudine et eius speciebus.

vij. quod eius est speculari de omnibus propter hoc quod speculatur de ente et passionibus eius.

v. quod primi philosophi est speculari de principiis per se notis et de indemonstrabilibus quibus alie scientie vtuntur.

vj. quod primi philosophi est considerare primum principium per se notum. scilicet quod non contingit idem simul inesse et non inesse.

vij. disputat contra negantes principia ex suppositione significanti nomenum.

viii. propter quid si opposita verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per se sed omnia erunt accidentia.

ix. declarat quod si contradictiones verificantur de eodem nichil predicabitur de aliquo per se sed omnia erunt accidentia.

x. probat sillo diuisio quod nec omnia contra dictoria nec quedam de eodem verificantur.

xj. probat idem per id quod res aliqd determinate signat et per hoc quod magis et minus vera est respectu maximi veri.

xij. continet diuersos modos disputandi contra negantes principia ex diversis causis. et quid mouit antiquos ad opinionem opposita verificari de eodez solues ipsorum motiu.

xij. quod opinari omnia que apparent vera esse provenit ex opinari intellectum et sensum esse idem.

xvij. excludit motiva opinantibus omnia apparentia esse vera et omnia esse in continuo motu.

# Primus

xxv. sex rationibus q̄ non om̄e appa-  
rens est verum.

xxvi. improbat opinionem negantiuz  
rationes predictas et dicentium q̄ de oī  
bus est querenda demonstratio.

xxvii. concludit contraria non verifi-  
cari de eodem. si contradic̄o de eodem  
verificatur.

xxviii. improbat opinionem dicenti-  
um om̄ia esse tantum falsa. et om̄ia esse  
tantum vera.

## Capitula quinti libri.

Primum distinguit quot modis di-  
citur principium. et q̄ om̄i principio co-  
mune est q̄ sit proprium.

iiij. distinguit genera causaruz in qua-  
tuor et q̄ proprietates ipsorum sunt tres  
modi et quilibet est actu vel potentia.

iiij. distinguit quid est elementum et de qui-  
bus proprie et de quibus translatiue di-  
catur elementum.

iiij. distinguit quot modis dicitur na-  
tura et q̄ principaliter ratio nature salua-  
tur in forma substantiali.

v. distinguit quot modis dicitur nec-  
cessarium et q̄ necessarium requiritur  
tam in demonstrationibus q̄ in primo  
ente.

vi. declarat quot modis dicitur vnuz  
per accidens et quot modis vnuz per se.

vij. q̄ ratio vnius consistit in indiui-  
sione et q̄ multa dicuntur vnum per ba-  
bitudinem ad aliquid vnum.

viii. q̄ tam ens sc̄dm accidēs q̄ ens  
sc̄dm se multipliciter dicitur.

ix. q̄ substantia dicitur quattuor mo-  
dis que reducuntur ad duos.

x. quot modis dicitur idem secūduz  
accidens. et quot modis dicitur idē se-  
cundum se et quomodo differunt diuer-  
sum et diffren̄s.

xi. quot modis dicuntur similia et op-  
posita contraria et diuersa specie.

xij. q̄ priora et posteriora dicuntur qua-  
drupliciter.

xiiij. quot modis dicitur potentia po-  
tens et im̄potentia im̄possibile.

xvij. quid est quantū et q̄ dividitur per  
discretum et continuū et que sunt quanta  
per se et per accidens.

xv. q̄ qualitas dicitur quattuor mo-  
dis et q̄ reducuntur ad duos.

xvi. q̄ relatio habet tres species et q̄  
quedā dicuntur ad aliquid per aliquid q̄  
dam per aliud quedam per accidens.

xvij. q̄ perfectū dicitur tribus modis

xvij. quid est terminus et q̄t modis di-  
citur et qualiter se habet ad p̄ncipium.

xix. quot modis dicitur sc̄dm quid et  
quid est dispositio.

xx. quot modis dicitur habitus.

xxj. quot modis dicitur potentia.

xxij. quot modis dicuntur priora.

xxij. quot modis dicitur habere.

xxij. quot modis dicitur aliqd ex aliquo.

xxv. quot modis dicitur pars.

xxvj. quid est totū et quotiens dicitur.

xxvij. quid est colobon.

xxvij. quotiens dicitur genus.

xxix. quotiens dicitur falsum.

xxx. quid est accidēs et quotiens dicitur

## Capitula sexti libri.

Primum declarat q̄ prime p̄bie est q̄  
rere causas entis in quantum ens.

ij. q̄ p̄bica et mathematica sunt specu-  
lativa tamē cōsiderat ens in quantū ens

iiij. q̄ quedāz scientia alia a predictis  
et prior ambabus et vniuersalior ip̄is con-  
siderat ens in quantum ens.

iiij. declarat q̄ nulla scientia specula-  
tur per se de ente secundum accidens.

v. quid est accidens et quid est ei⁹ cau-  
sa et quare eius non est scientia.

vi. q̄ entis secundum accidens non  
est causa neccessaria.

vij. quid est verum et quid est falsum.

## Metaphysice

### Capitula septimi libri.

**P**rimus declarat substantiam esse ens primū ita q̄ prior est accidente ratione, notitia et tempore.

iiij. q̄ substantia sensibilis manifesta ē nobis et perscrutandum est utrum sit alia preter ipsam.

iiiij. dividit substantiam in formā vniuersale genus et subjectum prosequens de substantia quanta que dividitur in materiam formam et compositum.

ivij. determinat de quidditate rerum sensibiliū per quā deuenitur in noticiā quidditatis intelligibilium et cetera.

v. declarat q̄ quidditas etiam insensibiliū conuenit rei cuius est quidditas et secundum se et q̄ entis per accidens non est quidditas.

vi. q̄ diffinitio accidentiū maxime propriarum passionum est ex additione.

vij. q̄ quidditas et cuius est quidditas nō sunt idem in ente per accidens licet sint idem in ente per se.

viii. q̄ in his que fiunt a natura sive ab arte sive a casu est aliquid efficiens et aliquid ex quo et aliquid factum.

ix. q̄ in omni eo quod fit inest materia et forma ita q̄ materia de quibusdam formis in ea predicatur denominatio.

x. q̄ forma per se non generatur sed compositum.

xi. q̄ ydeas nō sunt necessarie ad generationem.

xij. quare quedam fiunt simul ab arte et casu, quedam ab arte tantum. omnia tamen fiunt ex principio vniuoco.

xiii. utrum omnis partes rei sint de esse quidditatis ipsius.

xiv. q̄ quādā sunt partes hōres et quedā posteriores toto diffinibili et q̄ materia in quibusdam est de eē speciei. et q̄ partes diffinitionis sunt partes speciei et nō individui.

xv. que partes sunt speciei et que in-

dividui et q̄ materia non videſt esse pars speciei.

xvi. q̄ in quibusdam materia est de esse speciei licet non omnis pars aīalis sit de eius essentia et q̄ est forma principialis.

xvii. q̄ diffinitio sit una ratio licet habeat partes diuersas propter unitatem differentie ultime.

xviii. concludit quinq̄ rationibus q̄ vniuersale nō est substantia et duobus in conuenientibus q̄ est substantia.

xix. q̄ impossibile est ydeas esse substantias separatas et ydeas quasdam si species ex genere et differentiis constant

xx. q̄ nullum singulare in quantum singulare diffinitur. et q̄ quedam sunt in potentia et non omnes sunt in actu.

xxi. q̄ ens et unum non significat substantias entium et q̄ positio ydearum habet aliquid rectum.

xxii. q̄ quidditas et forma substantialis est principiū cuiuslibet rei per quā respondetur ad questiones propter quid que questione nō habet locum in simplicibus sed in compositis.

xxiii. q̄ forma totius non est elementum nec ex elementis et q̄ ipsa posset dici esse elementum et principium essendi.

### Incipiunt capitula octauī libri.

**P**rimū caplū recolligit que in septimo dicta sunt ordinans ipsa ad perscrutandum substantiam sensibilem.

ij. determinat de substantia sensibili et aliter materia aliter forma aliter compositum dicitur substantia.

ijij. q̄ omne signans totum principali signat formā q̄ est ratio essendi nec per se gñatur et assimilatur numeris.

ivij. q̄ licet oīa generabilia sint ex eadem materia matamen diuersorum est diuersa materia proxima.

# Primus

v. q̄ forma nō sit ex forma sed compositum ex composite et quo modo materia se habet ad contraria.

vi. q̄ causa unitatis rei habentis partes est q̄ altera pars est potentia altera est actus eius inseparabilis in materia forma est causa unitatis.

## Capitula. ix. libri.

Primū probat q̄ om̄is potentia reducitur ad actinā sicut ad primā quia differt a passiva utriq; tamē opponitur in potentia oppositio priuatiua.

vii. q̄ quedā potentie sunt in rebus inasatis alienoī i rebus iatis q̄nū quedā sunt rationales quedā vero irrationalēs.

viii. improbat opinionē dicētū nichil est in potentia nisi quando est in actu licet idem sit actus et potentia.

ix. diffinit quid est possibile et q̄ nom̄ actus venit ad noticiā n̄am ex motibus

x. q̄ potentie naturales predicte sunt actus. acquisite vero fiunt per actus ita q̄ irrationalēs potentie statim agunt actione approximato passu. rationabiles autem nō. nec simul agunt duo contradictionis. sed sicut contrariorū.

xi. est qd act⁹ et q̄ ipsius est duplex divisione.

xii. q̄modo aliquid est in potentia ad aliquid et quomodo nō.

xiii. q̄ actus prior est potentia. ratio ne substantia et tempore aliquo posterior.

xiv. probat quattuor rationibus q̄ act⁹ prior est potentia.

xv. q̄ in bonis et studiosis melior est actus potentia in malis autē deterius et q̄ malum posterior est rebus nec est in semper tnis.

xvi. q̄ actus prior est potentia cognitio ne quia que in potentia sunt tunc cognoscuntur quādo deducuntur ad actū.

xvii. q̄ verum et falsū in compositis est per componi et dividī in simplicibus au-

tem verum est per attīngi.

## Capitula decimi libri.

Primū declarat q̄ vnu quadrupliciter dicitur. scilicet continuū totum et perfectū indiuisibile specie singulare quibus cōuenit ratio vnius nō equaliter sed sc̄m prius et posterius.

xviii. q̄ in quolibet genere est vnu; pri mū mensurā et hoc maxime reperitur in quantitate ex qua diriuatur ad alia.

xix. q̄ eiusdē possunt esse plures mensure reducibiles tamē ad vnu simplicez et vniogeneā mensurā.

xx. vtrum sit aliqua substantia separata mensurā om̄is substātias et vtrum ens et vnu idē significant

xxi. q̄ vnu et multa opponuntur priuatiue et quot sunt spēs vnius quot multitudinis nec idē est dīa et diuersitas.

xii. q̄ contrarietas est perfecta et maxima dīa ex qua verificantur om̄is distinctiones contrariorū.

xiii. q̄ in om̄i contrarietate saluatur a liquo modo oppositio priuatiua.

xiv. q̄ vnum opponitur multis et e quale magno et paruo nō contrarie sed priuatiue.

xv. q̄ vnu; est mensura multitudinis nō prout multitudo dicit excedentiā sed quantitatē discretam.

xvi. q̄ media sunt ex contrariis propter hoc q̄ sunt in eodem genere cuz p̄prijs et media ipsoz.

xvii. q̄ dīa specie continetur sub eodē genere qd dividitur in eis per dīas et contrarietas est dīa specifica.

xviii. q̄ sola contrarietas que est ex parte forme facit dīam specificam et nō illa que est ex parte materie ut masculinum et femeninum.

xix. q̄ licet contraria specie differant tamē corruptibile et incorruptibile differunt genere.

## Metaphysice

### Capitula. xij. libri.

**P**rimum declarat quasdam questio-  
nes factas in tertio libro.

iiij. declarat alias questioes tactas ibide.  
iij. q̄ entis in quantū ens est vna sciē-  
tia propter vnitatē analogie q̄z om̄ia en-  
tia habent ad primū.

iiij. q̄ primi p̄b̄ofī est cōsiderare ens  
in quantū ens. et passiones eius nec non  
p̄ncipia comunia oīm entium.

v. disputat contra negantes hoc prin-  
cipium. nō cōtingit simul idem esse et  
non esse.

vi. ostendit q̄ eraclitus negauit dictū  
principium. similiter anaxa.

vij. soluit et destruit opiniones falsas  
de dicto principio.

viii. excludit quinqz rationib⁹ op-  
nionem dicentium om̄ia esse in cōtinuo  
motu et fluxu.

ix. ostendit qui sunt bene curabiles et  
qui nō de his qui opinantur falsa esse p̄n-  
cipia.

x. q̄ oīs scientia supponit subjectū de  
quo probat passiones per p̄ncipia et p̄b̄i-  
ca que est de substātia cuius forma est in  
materia altera est a p̄ma p̄bia.

xi. q̄ de ente scđm accidēs nō est sciē-  
tia q̄ eius sunt cause infinite similiter de  
ente qđ est veruz scientia nō est q̄ ipsius  
no queruntur principia.

xii. q̄ motus est actus entis in poten-  
tia scđm q̄ in potentia sicut dictum est in  
tertio phisicorum.

xiii. recaplat ea que de fortuna dicta  
sunt in secundo phisicorum.

xiv. quot modis dicitur infinitū et q̄ i  
possibile est ipm esse actu separatum

xv. q̄ impossibile est corpus sensibile  
esse infinitum.

xvi. q̄ aliquid mutatur scđm accidēs  
aliquid per partez aliquid per se et q̄ mo-  
uens eodem modo dividitur ut dictum  
est in quinto phisicorum.

xvij. q̄ motus sunt tres spēs nec mo-  
tu est in substātia nec in ad aliqd nec in  
passione et actione ut dictū est ibide.

xviii. quot modis dicit̄ immobile et qđ  
est simul tangere et sic de alijs intentio-  
bus ibidem positis.

### Capitula. xij. libri.

**P**rimū q̄ p̄b̄ofī p̄mī est cōsiderare  
de substātia q̄ dividitur i sensibile in sépi-  
ternū et insensibile corruptibile. et q̄ oīs  
substātia sensibilis habet materiā.

ij. q̄ forma ē pars substātiae sensibilis  
q̄ est ad modū habitus et q̄ in quibusdā  
nō est separabilis a substātia cōposita.

iiij. q̄ substātiae et alioz predicationoz  
principia realiter sunt diversa proportiona-  
biliter tamē sunt eadem. s. materia. for-  
ma. et priuatio.

iiij. q̄ necesse est esse aliquā substātiā  
sempiternā imobilē semp actu agentez  
in qua nō est potentia.

v. q̄ substātia prima sépiterna q̄ act⁹  
pūns est mouet ut finis per se est intelli-  
gibilis et optimū ens mouēs alia.

vi. q̄ ipsa habet delectationē i se et est  
vita simplex et impassibilis.

vij. q̄ numerus substantiaz separa-  
tarum querendūs est ex numero corpoz  
sempiternoz circulariter motorum que  
sunt. lv. vel. xlviij.

viii. concludit tot esse substantias se-  
paratas q̄t sunt sphere mobiles celestes.

ix. mouet quinqz dubitationes circa  
intellectum prime substantie.

x. et ultimum q̄ in natura vniuersi est  
duplex bonum scilicet ordinis et princi-  
pis. quia p̄nceps est principium primū  
q̄ natura non patitur plurificari sed re-  
quirit ipm esse primum.

Quod quidem principium est dēstri-  
nus et vnu qui est benedictus in secula  
seculorum Amen.

**DED SRATIS**



## Desensu et sensato

Quoniam aut de anima secundum seipsum determinatus est et ceterum. Huius libri de sensu et sensato primum capitulum continet principia intentionis autoris et necessitatem doctrine scilicet determinandi de actionibus communibus anime et corporis.

Moniam determinatus est de anima et de eius proprietatis: consequens est determinare quae sunt propriae et que comunes operationes animalium et participationem vita sic sunt plater. Itaque suppositis que de anima dicta sunt: de reliquis operationibus viventium est dicendum et primo de primis.

Videntur autem operationes comunes animae et corpori pertinere ad omnia animalia et etiam esse propria cuilibet speciei. Sicut sunt sensus memoria ira desiderium et voluntas appetitus et cum his gaudium et tristitia. hec enim sunt omnibus animalibus. Cum predictis autem quidem communia omnibus participationibus vitam. et quedam entia quibusdem animalibus sunt communia animae et corpori et hec reducibilia sunt ad quae duplice combinationem. quarum prima est vigilia et somnus conuenientes omnibus animalibus. Secunda est iuventus et senectus comunes etiam plantis. Tertia inspiratio et respiratio quae inest habentibus pulmones. Quarta vita et mors conuenientes tamen animalibus quam plantis. Considerandum est ergo quid est unusquisque predictorum et propter quid accidat. Et quoniam impossibile est fieri sanitatem et infirmitatem in non habentibus vitam quae sunt dispositiones participationis vitam. de corporibus autem viventibus determinat naturaliter idcirco ipius est inuenire prima principia sanitatis et infirmitatis propter quod plurimi naturales a primis principiis inchoantes finiunt considerationem suam ad ea quae sunt de medicina. medici autem qui magis perhunc prosequuntur artem medici ne videlicet per causas incipientes considerationem medicinalem a naturalibus. Quod autem omnia predicta sunt communia animae et corpori per hoc quod omnia aut accidentia cum sensu aut per sensum. quae quedam ipsorum sunt passiones sensus sicut somnus et vigilia. quaedam vero habitudines sensuum sicut iuventus et senectus: quedam vero conservatiōes et salutaria sicut respiratio vita et sanitas quaedam vero corruptiones et privationes sicut mors et infirmitas. Quid autem sensus insit anime per corpus tandem commune utrumque manifestum est et per rationem et experientiam semper evidenter rei.

Capitulum. iij. quod sic incipit: sed de sensu et sentire. prosequendo tractatum declarat necessitatē sensuum in animalibus et compat auditum ad visum quamcum ad perfectionem virtusque tam per se quam per accidens.

E potentia sensitiva et actu eius quid sit et quare sentire accedit animalibus dictum est in libro de anima. Quodlibet autem animal in quantum animal necessitas est hinc sensum quod per ipsum distinguitur esse animal non animal. In speciali autem tactus et gustus necessarius est cuilibet animali tactus quidem propter causas dictam in libro de anima gustus vero propter nutrimentum. hic enim sensus discernit sapidum et insipidum circa cibum ut per ipsum animal prosequatur sapidum et fugiat insipidum. sapor enim passio est partis nutritive eo quod ordinatur ad ipsum tandem ad fines. Sensus autem qui per extremera membra percipiunt sua obiecta sicut odoratus et auditus visus insunt animalibus proficisciensibus. i.e. mouentur motu progressivo et his omnibus insunt causa salutis mediatis sensibus predictis ut presentia. i.e. a remotis sentientia prosequatur conuenienter alimento. nocuum autem et corruptiu[m] fugiant. Animalibus autem perfectioribus sicut habentibus prudentiam insunt sensus predicti causa intelligentiae quae annunciant. i.e. notificant multas differentias rerum ex quibus conoscentur plura tam speculabilia quam operabilia. Inter istos autem senectus ad noticiam acquiren-

J.j.

## De sensu

dum visus est melior per se licet auditus sit melior secundum accidēs. scđm se quidez  
melior est visus. Quia virt⁹ eius multas dñias ētium annunciat eo q̄ omnia corpo-  
ra participat colore qui est eius obiectum. Communia enim sensibilia. scilicet ma-  
gnitudo figura numer⁹ motus ⁊ quies magis sentiuntur per visum auditus vero dis-  
cernit differentias soni. et hoc nō in omnibus animalibus sed in paucis et nobis no-  
tis. Secundum accidens vero audit⁹ multum confert ad sapientiam. sermo enim  
qui auditu percipitur causa est discipline non secundum se sed secundum accidēs sci-  
licet in quantum talis sermo constat ex nominibus quorū vnumquodlib⁹ ē simbolū. i.  
significatur rei importatuz per nomen. Et quoniam auditus predicto modo con-  
fert ad sapientiam idcirco sapientiores sunt ceci a nativitate in quibus viget virtus au-  
ditus surdis et mutis a nativitate in quib⁹ est visus. de virtute autem quam habet qui  
libet sensus dictum est in libro de anima.

**Capitulum. iiiij. quod sic incipit:** in quibus autem habeant fieri ostendit in ge-  
nerali quomodo antiqui attribuebāt organa sensuum elementis. et in speciali  
organum visus attribuebant igni.

Atiqui querentes organa sensuum et adaptates ea ad elementa corporum:  
posuerunt quintū elementū inter aerem et aquam. quia non poterat quin-  
que sensus adaptare. **iiij. elementis.** Attribuūt autem organum visus igni. qm̄  
ignorant causam cuiusdam passionis que fit in visu. si enim oculo comprimitur et  
fortiter mouetur: videbitur sibi ignis lucēs. et hoc maxime fit quando aer exterior est  
tenebrosus. aut si in claro aere claudantur palpebre. tunc eim⁹ sit obscuritas in occu-  
lo. Et si obiciatur sicut sensibile presens non potest latere sentiētem: itaq; nec visibi-  
le videtur. et ideo sicut oculus compresus et motus videt seipsum quia est nature i-  
gne: sic neccesse est videre seipsum etiam quiescētem. Dicendūz q̄ solutio huīus  
obiectionis sic sumi potest. leua quia sunt terfa ⁊ polita. in seipsis habent quādam lu-  
cem etiam in tenebris. licet non faciant lucem in alio. nigruz autem oculi qđ dicitur  
pupilla et medium: leue est et politum. quo moto fit quidez resurgentia ad extreius q̄  
potest mouere visum quādo oculus celeriter fuerit motus ad aliam partem. quia nō  
ita cito ille fulgor desinit sicut oculus monetur. accidit enim tunc oculum celeriter  
moueri: quasi fieri duo quorum vnum sit videns ⁊ aliud visum. Si autem non ce-  
leriter mouetur oculus: nō fit hoc. quia prius destruitur fulgor factus in pupilla q̄  
perficiatur motus oculi. Non accidit etiam hoc nisi in tenebris. eo q̄ in lumine  
major claritas obscurat claritatem ipsius que modica est. leue enim lucere in tenebris  
et non in lumine: probant quedam capita pisciūz et quidam humor turbidus piscis q̄  
dicitur sep̄eū quia ergo claritas motus oculi facit ipsum esse quasi duo quorum v-  
num est videns et aliud visum: fit tanq; si oculus videret se ipsum. sicut accidit in re-  
fractione per quam quis se intuetur in speculo. et hoc non accidit quando oculus tar-  
de mouetur et lente. idcirco celeriter motus videt quādam resurgentiam quam nō  
videt lente motus.

**Capitulum. viij. quod sic incipit:** si igitur ignis esset visus et cete. Impro-  
bat opinionem dicentium oculum esse ignem specialiter quantum ad dicta  
empedoclis et platonis.

I enim oculis esset ignis sicut dicit plato et empedocles: accideret oculuz  
videre in tenebris per exitum luminis ab eo. quemadmodū a lucerna et luce  
exit lumen illuminans tenebras: dicere autem q̄ lumen exten-

## et sensato.

guitur in tenebris sicut dicit thimeus: omnino vanum est. signis enim quia calidus est et siccus: extinguitur aut ab humido aut a frigido. sicut patet in carbonibz et flâma. lumen autem visus nullum predictorum extinguitur. Si aut dicatur q̄ propter debitatem nō potest lumen oculi tantu illuminare tenebras qui lateat visum eius illuminatio: oportet de die lumen ipsius extigni ex presentia majoris luminis. et in aqua propter excessum contrarietas: et marime in glaciebus obtenebrabitur lumen visuale. flamma enim et omnia corpora ignita ab his extinguntur. nichil aut tale accidit circavisum ab aliquo predictoru. Empedocles autem existimat visionem fieri per egrassum luminis a visu dices: q̄ sicut quando quis disponit iter facere de nocte hi emali pparat ardente ignem in lucerna ut prohibeat impetus ventorum et dissipet spiritum ipsorum ita q̄ lumen in lucerna contetur extra desiliens quanto plus expanse fuerit extra tanto magis illustrat attenuatis et subtilitatis eius radijs auelamine lucerne: eodem modo dicit q̄ lumen oculi contutatum id est tute conseruatur in mirringis id est in tuniculis oculi per eas sicut per quosdam subtilem lintheos circumq; dissunditur. ita q̄ lumen oculi tanto magis extra prouenit: quando magis fuit expulsus dicit autem empedo. aliquando fieri visionem per emissionem luminis a visu. aliquando autem ab his que defluunt a visibilibus

*Capitulū. v. quod sic incipit: democritus autem et c. declarat quid bene et quid non bene dixit democritus opinando visum esse aquee nature.*

Emocritus autem bene dixit in hoc quod ait oculuz esse aquee nature. tamē non bene dixit in hoc quod putauit visionem nil aliud esse q̄ apparitionem rei visse in pupilla. talis enim apparitio sit in pupilla propter hoc q̄ est leuis et terfa et polita. ita q̄ huiusmodi passio est refractio facta in oculo tanq; in corpore polito. et non est inuidente id est inuisiva virtute. Set de appentibus et refractione nō vide tur tpe democriti fuisse veritas manifesta. Dicenti autem visionez esse apparitionem rei visibilis in pupilla obicietur quare oculus videt solus et nullum aliud corp9 de numero eorum in quibus apparent idola sicut speculuz et similia corpora potest videre. Quod autem visus attribuatur aque verum quidez est: non tamem visio sit per oculum secundum quod est aquum: sed secundum q̄ est perspicuum. et q̄uis perspicuitas communis sit aeris et aque: conuenienter tamen oculus attribuitur aque q̄ aeris propter duo. primo quia aqua magis conseruabilis est aere qui faciliter diffunditur ideo aqua melius conuenit consistentie oculi. Secundo quia aqua spissior existēs aere aptior est ad representationez rerum visibilium. Pupilla quidem igitur et oculus aquee sūt nature. Quod autem hoc veruz sit manifestuz est ex signis apparentibus circa oculum quorum primuz est quod corruptis oculis aliud quod decurrit videtur esse aqua et in ebris defluunt lacrime aquee propter abundātiā humiditatis. Secundum signum ē q̄ in embrionibz de nouo formati qui quasi adhuc continent naturam sui principiū oculi excedunt in frigiditate et claritate que sunt natura lia aque. Tertium signum est q̄ animalibus habentibus sanguinem album oculi circumstans pupillam multum est et crassum et idcirco fecit natura ut per ipsum conseretur humidum pupille incoagulatum et propter eius crassitudinez oculus est corp9 quod non potest infriodari. nunq; enim id quod est infra palpebras infriodatur. in animalibus autem parentibus sanguine quia album oculi non est tante quantitatate nec tā crassum. binc st q̄ natura fecit oculos eoz dure pellis ad protectionez humidū pupille

3.ij.

## De sensu

**C**apitulum. vij. quod sic incipit: rationabile autem omnino est et ceterum. Improbat opinionem dicentium visionem fieri extra mittendo. et etiam dicentium eas fieri per coniunctionem luminis rei vise et luminis egredientis a visu.

Rationabile est omnino dicere visionem fieri per exitum alicuius ab oculo quod extenditur usque ad rem visam. quia cum egredi sit proprius corporis: se queretur quod aliquid corporeum egrediens ab oculo extenderetur usque ad astra. Irrationabile est etiam visionem fieri per aliquid egrediens ab oculo quod licet non extendatur usque ad rem visam tamen procedit usque ad terminatum spatium in quo contingatur lumini egrediens a re nisi sicut dixit plato. Adulterio enim melius diceretur quod hec coniunctio fiat in extremitate oculi quam extra ipsum per aliquam distantiam. Sed nec ista coniunctio scilicet in extremitate oculi est possibilis propter tria. primo quia lumen non est natura coniungi luminis cum non sit corpus coniungi autem est proprium corporis. secundo quia est si utrumque lumen esset corpus non contingerentur ad unum eum cum non sit eiusdem rationis. non est autem quodlibet aptus coniungi cuiuslibet tantum ea que sunt eiusdem rationis. tertium quia medium interioris et exterioris est miringa id est pellis sine tunica oculi impediens predictorum lumen coniunctionem.

**C**apitulum. viii. quod sic incipit: quod autem sine lumine est ceterum. Determinat veritatem predictorum ostendit primo quod visio sit per medium illuminatum et probat quod oculus rationabiliter attribuitur aque.

Via visio sit per medium actu diaphanum: ideo impossibile est videre sine lumine quod facit aliquid corpus esse actu diaphanum sicut dictum est in libro de anima. et ideo sine illud medium quod est inter rem visam et oculum sit lumen sine sit aer actu illuminatus: motus qui est per ipsius causat visionem. Rationaliter igitur id quod est intra pupillam quod est organum visus attribuitur aque eo quod ipsa perspicua. sicut enim id quod exterius est non videtur sine perspicuo illuminatore et quod interius est oportet esse perspicuum. hoc autem non esse aerem sed aquam necessarium est ponit. Virtus enim visiva non est in extremitate oculi sed potius interius ideo necessarium est illud quod est interius oculi perspicuum esse et receptionem luminis. Quod autem ita sit manifestum est ex his que accidunt circa oculum. quidam enim in bello vulnerati circa tempora ceci facti sunt. qui abscessis proris per quos lumen diffundebatur ad oculos extictum est lumen quod erat in perspicuo pupille. ita quod illud perspicuum vocatum pupilla que est quasi quedam lampas abscessa remanserat ad modum lucerne extincte.

**C**apitulum. viiiij. quod sic incipit: igitur si quidem in his adaptat organa secundum elementis.

Ingitur vera sunt que diximus: manifestum est quod modo predicto instrumentum cuiuslibet sensus attribuetur alicui elemento. ita quod sensuum visus assimilatur aque audituum aeris. odoratum ignis. Odoratum tale est in potentia qualis est odoratus id est res odorabilis actu sensibile enim facit exire sensum ad actum quare necesse est odoratum talem esse in actu qualis est in potentia virtus odorativa et quia odor est fumalis euaporatio que habet fieri ab igne: ideo instrumentum odoratum conuenit cum igne. Propter quod ei convenit locum est circa cerebrum ut sit in potentia ad odorem qui fit a calido mediante fumali euaporatione. materia ei frigidi in actu est potentia calidum. Oculi etiam genio habet eundem modum. quod

## et sensato

enim humide et perspicue nature est. cōstat d̄ cerebro qđ est humidus et frigidus omnibus partibus corporis. Tactiūz autem assimilatur terre. et similiter gustatiūz. qđ gustus est qđam species tactus. Et hinc est qđ instrumentū gustus et tactus ponit circa cor quod ē oppositum cerebro. quia est calidissimum omnium partiuſ corporis.

**Capitulū. ix.** qđ sic incipit: de sensibiliſ autēz. ostendit qu id dictuſ est de proprijs sensibiliſ in libro de anima et quod restat dicēduſ quid sit vnuzqđ qđ sensibile proprium secundum se et primo quid color.

E sensibiliſ proprijs qđ sentiuntur scđm vnumquodqđ organum cniuſlibet sensus sicut de colore sono odore sapore tangibili dictū est in his que de anima. vbi que sit actio eoz et quomodo vnumqđqđ organuſ operetur immutatiūz a proprio sensibili vniuersaliter oñsum ē. restat ergo dicēduſ de vnoquoqđ predictorum sensibiliuz quid sit scđm se et primo de colore. Aduertēdum tamen qđ vnumqđqđ ipſorum dupliciter dicitur. vno quidem modo prout sentitur in actu. et de hoc dictum est in his qđ de anima. scilicet quādo sensibile in actu ē idem sensitōi. qđ autem sit quodlibeſ istorum scđm se ipsum et quomodo eius natura ē facere sensum i actu nunc dicemus. Quemadmodū igitur dictuſ est in secūdo de anima lumen ē color perspicui secūdum actum. qđ enim aliquod luciduſ inest perspicuo: presentia eius est lumen. et eius priuatio est tenebra. Illud qđ dicimus perspicuū non est p pria qualitas aeris vel aq vel alicuius corporis puri: ſz est quedaz natura et virtus nō separata ſz existens a predictis corporib⁹. et in quibusdam alijs. ita qđ in aliquib⁹ magis in aliquibus minus. Qm̄ igitur quodlibet corpus hēt vltimuſ et extremuſ: ita qđ lux sine lumen est actus corporis perspicui non in extremo sed in determinato ipi⁹. oportet colorem esse quod est vltimuſ in corpore perspicuo. color nāqđ aut in extremitate consistit aut ē extremitas. Et inde est qđ pictagorici vocabāt colorez epiphaniā id est super apparitiōe. nō tñ color ē extremitas corporis. qđ esset linea vel superficies si esset extremitas ei⁹: sed potius ē qualitas in extremitate corporis existēs. Qđ aut perspicuū ſit ſubiectuſ coloris ſic patet. oportet ei existimare eamdeſ naturaz esse ſuceptiuam coloris in hiſ qđ colorātur. scilicet non ex propria qualitate ſed ex aliqua exterioři diſpoſitione et in hiſ qđ colorātur interius id est per propria diſpoſitioneſ ſue natu re. illa atque colorātur ab exteriori diſpoſitione ſunt perspicua: ſic aqua et aer. aer enim aliquando coloratur. ſicut patet in aurora. non tamen hiſ qđ ab exteriori diſpoſitione ē fixus et determinat⁹ color. cuius ſignuſ est qđ non appetit in eis idem color acceden tibus prope ipsa et exiſtētibus longe. ſic patet in aere et in mari. quorum color alius et alius appetit diſtatiibus et propīquis. in corporibus habētibus de ſe colorem determi natum ē determinata et vniiformis fantasía coloris id est apparetia qđ non variatur ex diuerso ſitu aspicientium. niſ forte per accidens puta qđ mediū per quod color ipſoru videtur cauſat aliquaz transmutatiōe. ſicut patet in vitro. ex quo variatur color rei in ſe per ſe ipſuſ ſcđm diuersitatē qđ est in vitro. qđ in que colorātur ab exteriori propriū ſuceptiuum coloris est pſpicuum. mediū est aut in hiſ qđ colorantur ab interiori et p ſe propriū ſujectuſ participās. ita qđ vniuersaliter in corporibus perspicuum ē illud quod facit participari colores ita qđ plus et min⁹ reperitur perspicuitas in diuersis.

Qm̄ ergo color existit in extremitate et in ſolo perspicuo: ſequitur qđ color ſit quedaz extremitas perspicui in corpore terminato. In iphis etiam perspicuis que colorantur ab exteriori ſicut ē aqua et aer et in oībus alijs: videt ſiſſe color p̄p̄rius ſ extremitatē.

**Capitulum. x.** quod ſic incipit: est igitur inesse perspicuo et c. Ex predicta

J.ij.

## De sensu

diffinitio coloris distinguunt species coloris tam quo ad extremos q̄ quo ad colores medios ostendens unum modum generationis colorum mediorum sc̄d̄ apparentiam. et quare quidam colores sunt delectabiles alijs.

Igitur presentia lucis in perspicuo non terminato ut in aere facit lumen vel eius abundantia facit tenebram: ita in extremo perspicui corporis terminati existentia lucis facit colorum alborum et eius abundantia seu paucitas facit in eodem nigrum. De alijs autem coloribus oportet dicere quomodo apparēt. unus enim modus apparēdi colores medios talis ē. Si duo corpora equidistantia visu quo rum unus sit albuz et aliud nigrum ita parua sint ut neutrum eoz. sit visibile propter paruitatem composituz autem ex his sit visibile propter magnitudinem: color istius compotiti nec videbitur alb⁹ nec niger. quoniam igitur neccesse est aliquem colorum inesse huiusmodi sensibili nec sit possibile aliquem de extremis in esse eidem: neccesse ē colorē mixtum alterius speciei ab extremis ei inesse. sic igitur cognosci possunt plures colorū species preter album et nigrum. Multos autem colores medios esse cōtingit sic multiplex potest esse proportio albi ⁊ nigri. nam sicut in numeris alia est proportio duorum ad tria alia trium ad quattuor et sic de alijs numeris: ita possibile est album proportionari nigro sc̄d̄ maiorem et minorem excedentiam et excessum et secunduz diversas proportiones consurgunt diverse species mediorum colorum. quando autem inter album et nigrum non est proportio sed ex parte unius est simpliciter abundantia et ex parte alterius defectus apparet solus color superabundans. Sunt autem ali qui colores visui et delectabiles alijs ea ratione qua et quedam melodie delectabiles sunt auditui. sicut enim melodie que sunt in numeris bene proportionatis delectabiles sunt ut diapente et diapason: ita et colores medi⁹ qui sunt ex extremis bene proportionatis. ut cocineus et puniceus sunt delectabiles visui. qui autem non consurgunt ex bona proportione extremonum non sunt delectabiles. Proprio autem non bona potest fieri dupliciter. uno modo propter nimius excessum unius et defectum alterius. alio modo propter inordinationem. quādo scilicet in una parte plus abundat album et in alia nigrum ita q̄ non est perfecta mixtio. nec colores medi⁹ ex ipsa consurgentes sunt puri: sed quasi permixti et impuri: hic igitur est unus modus generationis colorum.

Capitulum. xij. Quod sic incipit: unus autem apparere vel sic unus etiam quidem videtur.

Stendit alium modum generationis colorum mediorum secunduz apparentiam excludens quamdam falsam opinionem. et quasdam obiectiones contra modos predictos. Alius modus apparēdi medios colores est per hoc q̄ unus color extremonum videtur per alium superpositum ei. ita q̄ inferior sit fortior et viuacior. quād modum faciunt pictores quando pingunt aliquid apparet in aqua vel in aere. et quād modum sol qui de se videtur albus apparet puniceus quādo videtur per aerem caliginosum. Multi autem medi⁹ colores apparere possunt sensui per hunc modum sicut multe proportiones possunt esse coloris suppositi. licet interdum nulla proportio media sit inter ipsos ex qua resultet vel appareat medium color. v.g. quando valde fortis superponitur debilissimo. Dicere autem colores esse quād̄ esfluxi procedētem a corporibus visis et eos apparere diuersos propter diuersitez talis esfluxus. falsum ē. quia visus non vider colorum per hoc q̄ corpus tangat occultū sed per hoc quod immutat medi⁹ ⁊ hoc immutat visuz non per esfluxuz aliqui corpo

## et sensato

ris: sed per contactum medijs mutati a visibili. Si autem contra primum modum apareendi medios colores scilicet per colorata pua eque distantia dicatur & secundum hoc necesse est ponere aliquam magnitudinem esse invisibilez: et si contra secundum scilicet de suppositione coloris ad colorem dicatur & hic modus supponit aliquod tempus insensibile ita & visus simul sentiens superior est qui propinquior est et inferior est qui remotior est: decipitur nec peccat tempus illud in quo prius videtur superior & inferior: sed putantur esse unus color quod simul apparent: dicendum est & hoc inconvenientia non sequuntur ad modos predictos. in secundo enim modo color superior mutabilis est a subiacenti. et ideo non apparet superior secundum suam propriam colori ratem similiter nec inferior. sed sic apparentia cuiusdam medijs coloris non in diversis temporibus: sed in eodem. In primo etiam modo non supponitur & aliqua magnitudo sit simpliciter invisibilis sed ab aliqua distantia est visibilis et ab aliqua invisibilis. unde aliquarum magnitudinum quarum quelibet est invisibilis alio longe: potius quidam color ut appareat quidam color communis aliquibus magnitudinibus diversorum colorum. quarum nulla videtur per se propter distantiam: tamen omnes simili videri possunt ut pater in filiis quibus textuntur pari facta est. Quod autem nulla magnitudo sit simpliciter invisibilis: posterius considerabitur.

**C**apitulum. xij. qd sic incipit: si autem mixtio corporum et cetera. Determinat generationem mediorum colorum secundum existentiam. et quare ipsorum multe sunt species.

**I**commixtio corporum secundum rem non est permitta positioni minimorum et quidistantium sicut quidam dicunt. quia talia non sunt unius: cum quilibet ipsorum remaneat distinctus ab alio: sicut patet in hominibus equis et seminibus. ex quorum minimis non sit unum: sed potius sit unum ex his que totaliter ad unicum coniunguntur ut dictum est primo de generatione. Necesse est hanc mixtio nem esse principalem causam mediorum colorum. et non suppositionem coloris ad colorem nec equidistantem positionem ipsorum. nam cuiuslibet mixti videtur unus color non solum prope existentis sed etiam delonge. Et quoniam multis proportionibus miscibilia ad unicum coniunguntur: ideo multi sunt colores medijs. reperitur enim in miscilibus multiplex proportio: sicut in minimis. reperitur etiam superabundantia alterius ad alterum eo modo quo dictum est supra de distantibus et superpositis. Causa autem propter quas species colorum: saporum et sonorum sunt terminatae et non infinite posterius dicetur. Quid autem sit color et quare multi sunt colores sic dictum est nunc. de sonno et voce in secundo de anima dictum fuit.

**C**apitulum. xiiij. qd sic incipit: de odore vero et sapore et cetera. Premesso quod determinare intendit de sapore excludit tres opiniones de generatione ipsius.

**E**odore et sapore nunc dicendum est. fere enim videtur odor et sapor eadem qualitas passibilis. non tamen sunt in eisdem subiectis. quod odor magis est in siccis. sapor autem in humidis. tamen quia sapor manifestior est nobis quam odor: ideo de ipso determinandum. Causa autem quod odor immanifestior est nobis: originatur et duobus. primo quod pejorem habemus odoratum alijs animalibus. secundo quod inter alios sensus hunc sensum habemus minus vivacez. saporem autem melius sentimus quia sensum tactus habemus discretissimorum et meliorum alijs animalibus. gustus autem

3. iij.

est quidam tacitus. **D**e saporum autem generatione tres accepimus opiniones. Empedocles enim dicit q̄ licet natura aque quiescat insipida; sunt tamen in ea omnia genera saporum permixta. et hec insensibilia sunt. Alij autem dicunt q̄ aqua non habet actu naturaz alicuius saporis. tamen est parispermia id est vniuersale seminarium oīuz saporū. ita q̄ ex aliqua parte ipsius sit talis sapor et ex alia aliis. Alij vero dicunt q̄ aqua non est causa saporū; cum sit indifferens ad omnes: sed diueritas saporū causatur ex diuersitate agentiū. vt si quis dicat q̄ ex sole causatur talis sapor. et ex igne aliis causatur. **P**rimū autem dictum scilicet empedo. apertū mendacium est. videmus enim in eisdem rebus permutari saporez ex sola decoctione et calefactione absq̄ hoc q̄ in eisdem fructib⁹ ex solo processu maturitatis videatur fieri omnimodos saporez. **S**ecundum etiam dictū verum non est. nam ex eadē aqua quemadmodū ex eadem esca possibile est fieri diuersos saporez. ita q̄ ipsa ē solummodo principium passionum saporū et non parispermia id est vniuersale semē cum semen habeat virtutem actiuam. **S**imiliter tertium dictum non est sufficiens aqua enim non recipit hanc virtutem quaz vocamus saporez a sola virtute calidi. nam inter omnia humerantia sensibiliter subtilior est aqua. in tantum q̄ in subtilitate excedit oleum. cuius signum est quia difficultas est conseruare aquaz q̄ oleum.

**Q**uod autem oleum supernatet aque accidit quia plus habet de aere. quod etiam plus diffunditur hoc accidit propter vntuositatem et lubricitatem. cum sit magis vntusq̄ aqua. **Q**uoniazigitur aqua calefacta non apparet grosior q̄ prius saporez autem omnes sunt cum quadaz grositudine: manifestum est q̄ calidum non est tota causa saporū licet sit conseruatuum ipsorum.

**C**apitulum. xiiij. quod sic incipit: apparent autē saporez et ē. Assignat naturalem causam saporū que est ex permissione sicci cum humido ostendens q̄ humidum aque immutatur a sicco terrestri in diuersos saporez ex quo concludit dissimilationem saporū.

**M**ones saporez qui sunt in fructibus in quibus manifeste saporez diuersificātur: apparent in terra. Et ideo multi naturaliū dicunt aquam esse talis saporis qualis terra per quam transit. et hoc manifestū est in aquis amaris sic in salsis. sal enim quedam species terre. aque etiam collate per cinerem amarum habent amarum saporez. fontium etiam quidam amari sunt quidam accuti quidam vero aliorum saporū secundum diuersitatē terre per quam transirent aque ipsorum.

Rationabitur igitur genera saporū sunt in plantis propter affinitatē quam habent cum terra. **H**umidum enim aque natum est pati a sicco terreo. sicut et quodlibet contrarium a suo contrario. predictū etiam humidum patitur ab igne. quia eius natura terre sicca est. In hoc tamen differt a terra. quia proprie propriaū ignis est calidum. terre vero siccum quemadmodū dictum est in libris de generatione. Nec dico q̄ ignis terra et aliud quodcumqz elementum agat et patiantur secundum quod sunt talia: sed potius secundum q̄ vnumquodqz vel in unoquodqz eorum est contrarie tas. **N**uemadmodū igitur qui lauant in aqua corpora colorata et saporosa redundunt colorē et saporez aque tales qualia sunt huiusmodi corpora: eodem modo humidū aqueum transiens per siccum terrestre et digestum a qualido mouente calificatur sapore conuenienti terre per quam transit. Et ideo dicimus q̄ sapor est passio facta in humido aqueo a sicco terrestri immutativa gust⁹ de potentia ad actū. **D**ico autem immutativa gustus: quia omne sensibile dicit sensum suū sensitiūz de po-

## et sensato

tenta in actum per actionem suam quia sentiri non consistit in speculari sed in agere.

**C**apitulum. xv. qd sic incipit: quoniam autem non omnes siccii et c. Declarat qd sapor est passio simul siccii et humidii. quia sapidus muta t propter siccitatem et humiditatem et maxime propter dulce cui admiscentur alij sapores ad condimentum.

Quoniam autem sapores non sunt passio cuiuslibet siccii. sed siccii nutritiui: ideo nec siccum sine humido nec humidum sine siccio pertinet ad sapores. esca enim ex qua nutriuntur animalia est aliquid commixtum ex utroqz. Quod probatur ex hoc quia cibi oblati animalibz sunt aliqua tactu sensibilia facientia augmentum vel detrimetum propter caliduz vel frigidum existens in eis. tale enim oblatum in cibum nutrit secundum quod gustabile et dulce. omnia cniz nutriuntur dulci vel simplici vel commixto. tale autem simul est siccuz et humiduz. Et quis in libro de generatione determinat qd quomodo nutritabilia nutriuntur: ad presens tamen determinandum est qd calidum augmentat et constituit nutritumentuz. ita qd leue et dulce trahit sursum amarum autem et salsuz relinquit inferius propter grauedinez. quod enim facit calor exterior in corporibus ex quibus eleuat quod subtilius est et dulcius: hoc idem facit naturalis calor in animalibus et plantis trahens superius illud quod dulce est in cibo ad nutritumentuz et ideo omnia nutritiuntur principaliter ex dulci. **L**emis. centur alij sapores ut salsus et accutus cum dulci pro condimento ut fiat aptioribus reprimunt dulce ne nimium faciat nutritumentum. est enim dulce nimis repletuum et supernatatiuum propter sui leuitatem.

**C**apitulum. xvij. quod sic incipit: quemadmodum enim colores et c. Determinat de generatione mediorum saporum et qui facit sapores extremi et qui medi et quot species saporuz qualiter etiam se habent extremi sapores ad inuicem excludens falsas opiniones circa predicta.

Iicut colores medi sunt ex commixtione albi et nigri: ita medi sapores ex commixtione dulcis et amari. Ita qd secundum diuersaz proportionem mixtio nis dulcis et amari seu virtutuz ex quibus hi sapores causantur diuersificante medi. et qui inter eos sunt delectabiles: sunt ex commixtione bene proportionata. Saporum autem solus unus est dulcis. pinguis. amarus vero et salsus fere sunt idem. ponticus autem idest mundificatus acetosus stipicus et accutus medi sunt dulcis et amari. Fere igitur tot sunt species saporum quot coloruz scilicet septem predictae. Colorum enim liuidus seu flauus ita se habet ad album sicut sapor pinguis ad dulcem. fuscus autem ad nigruz sicut salsum ad amaruz. In medio autem albi et nigri sunt colores quattuor: scilicet puniceus et rubens a lурgo idest citrinus virdis et tyanus et celestis. Inter hos autem colores sunt alij licet non ita nominati. Sicut autem nigruz est priuatio albi in perspicuo: ita amaruz est priuatio dulcis in humido nutritivo. et ideo cuius est amarissimus inter omnia cibusta: quia ex ipso exalavit humiduz dulce atqz potabile. Democritus autem et plurimi naturaliuз circa sensu opinantur tria inconvenientia. differunt enim primo qd omnia sensibilia sunt seu tangibilia. nam si hoc verum esset oporteret quemlibet sensum esse tactuz quod faciliter cognoscitur esse falsum quia tactus sentit per mediuz coniunctum. quidaz autem alij sensu p mediuz extraneuz. Secundo utrum sensibilibz communibz s. magnitudine. figura. aspero. et leui. obtuso. et accuto. qui sunt in magnitudine quasi proprijs sensibilibz

## Besensu

aspero. et leui. obtuso. et accuto. qui sunt in magnitudine quasi propriis sensibilibus quod dupliciter apparet falsum. primo quia hec sunt communia multorum sensuum. acutum enim et obtusum de quibus minus videtur quod sunt communia sensibilia quod non omnibus sensibus: tamen tactui et visui communia sunt. Secundo hoc falsum apparet quia nullus decipitur. circa proprium sensibile. ut visus circa colorem. auditus circa sonnum. de quibus communibus aut sensibilibus predictis decipiuntur sensus. Tertium incoueniens democriti et quorundam aliorum est. quia dicunt communia sensibilia esse idem quod propria. ut asperum dicunt esse nigrum et lene album. Sapores vero esse figuras hoc dicto apparet tripliciter esse falsum primo quod nullius sensus est sentire sensibilia communia tanquam propria. et si alicui hoc attribueretur magis debet conveniri visui. quod si dicatur quod magis conuenit gustui sentire figuras tanquam proprias sensibile quia sunt idem quod sapores: oportebit gustum magis cognoscere ea quod sunt minima in figuris et discernere differentias figurarum. unusquisque enim sensus magis precipit minima propriis obiecti et magis discernit differentiam ipsius quam aliis sensus. falsum est autem gustum magis sentire minimas figurarum et magis discernere differentias ipsarum quam visus. Preterea infra naturas cuiuslibet sensibilis proprii est aliqua contrarietas ut in colore nigruis contrariatur albo. et in sapore dulce amaro. figure autem non est figura contraria. sicut circulus non est contrarius alicui figura plurium angularium. precepsa et cetera species figurarum sunt infinite: oportet et sapores infinitos esse si figure sunt sapores non enim est assignare quare una figura moueat gustum et alia non sic adem est nature figure et saporis. De gustibili ergo et sapore hec dicta sunt. nam aliae proprietates saporum in tractatu de plantis habent proprias considerationes.

Capitulum. xvij. quod sic incipit: hunc vero modum. vel sic eodes vero modo oportet intelligere et cetera. Determinat de causa generationis odoris ostendens quod actuum in odore est enchyrum id est humidum incorporatum sicco et susceptiu[m] ipsius est humidum comune aeri et aquae.

Igitur dictum est quod sapor est passio causata a sicco terrestri in humido: ita oportet intelligere quod odor ab humido enchyro id est incorporato alicui sicco causatur in aere et in aqua. Quibus est communis perscutitas susceptibilis odor. non secundum quod perspicuitas: sed secundum quod susceptibilis est enchyru[m] id est siccii imbibiti humido. a quo illud est comune aeri et aquae habet alterari quasi lauabile et mundabile ab eo. Quod autem non solus aer sed etiam aqua susceptibilis sit odoris: manifestum est in piscibus. et in animalibus dure teste. qui vivunt in aqua. hec enim sicut et pisces odorant in aqua non quidem propter aerez qui erunt sub aqua: cum aer super natet aquis. predicta etiam animalia in aere non respirant nec odorant. Si igitur odor sit tam in aere quam in aqua in quantitate comune est eis humidum: patet quod odor est passio facta in humido ab enchyro sicco id est a sicco imbibito humido. Quod autem omnis odor sit passio causata ab humido compresso a sicco patet tam per habentia quam per non habentia odorez sicut elementa. quorum quodlibet vel est simpliciter siccum vel compliciter humidum si autem dicatur aliquid elementum babere odorez ut aqua maris. hoc non est in quantum est simplex elementum sed in quantum in mari est mixtio siccii terrestris cum humido aquo. Et similiter si dicatur quod terra est odorabilis ut sal et vitrum: hoc non quia talia sunt pure terra: sed quia mixta ex humido est terreo. quod patet et hoc quod ab

## et sensato

ipisis compressis es sunt oleum: licet minus a vitro: quia magis est terrestre et ideo minus habet de odore. quia achimia est. Lapidés etiam carent odore. quia sunt achi mi id est sine humido predicto ligna vero odore habent échima enim sunt. licet aqua tica minus participet virtutem causatiuam odoris. Metallorum autem aurum caret odore. quia achimia est. es vero ferrum odorem habet. et maxime quando co buritur humidus ipsorum. nam scorie in eis bodorabiliores sunt propter siccum hu mido imbibitum. argéatum vero et stannum licet odorabiliora sint q̄ aurum: minus tamen participant odorem q̄ es et ferrum quia plus habent de humido aquo.

**C**apitulum. xviii. qd sic incipit: videtur autem quibusdam et c. Confir mat per opiniones aliorum de odore quod superius dictum est imprbans tam en dissinitionem dicentem q̄ odor est fumalis euaporatio communis terre et aeri.

**M**ones autem antiqui qui de odore loquentes ipsuz dicunt esse fumuz propter quod eraclitus dixit q̄ si omnia fiant fumus odorans discernet omnia entia et omnes sic loquuntur de odore. et aliqui existimant ipsum esse exhalationem. aliij vero euaporatiōem. quidam vero vtraqz hec. licet inter se differat. quia euaporatio est quedam humiditas aquea exhalatio autem seu fumalis euaporatio est communis a eri et terre. cuius differentie signum est q̄ ex vapore rosoluto fit aqua. exhalatio autē resoluta fit quedam species terre. Neutrum autem horum scicet euaporatio et fumalis euaporatio potest esse odor euaporatio enim habet naturam aquae que est achimia. id est sine humido imbibito siccō quod est actuum odoris fumalis. et fumalis euaporatio non potest fieri in aqua. in aqua tamen quedam animalia odorant ut dictum est prius. Preterea euaporatio communis est terre et aeri sicut ergo euaporatio vnius predictorum non est odor: ita nec alterius. Quoniam igitur tan aqua q̄ aer possunt recipere humidum siccō incorporatum et pati ab enhima siccitate: manifestum est ex hoc q̄ vtriusqz natura humida est. Quemadmodum ergo siccum terre diffusum p̄ humidus aque et aeris facit sapores: ita siccum imbibitum humido diffusum per ista facit odorem. Portet enim proportionales esse humoribus. Quod in quibusdam magnifestum est quidam enim odores dicuntur aceto si et dulces et accuti et pontici et crassi sicut et quidam sapores. amaris autem saporibus proportionantur non amari odores sed putridi. quia quemadmodum amari sapores cum difficultate sorbentur: ita putridi odores cum difficultate respirantur. ex quo magnifestum est q̄ sicut sapor fit in aqua ita odor in aere et in aqua. Et propter hoc frigus et congelatio que alterat humidum ebat sapores et destruunt odores. quia per predicta pellit calidus quod generat et mouet tam sapores q̄ odores.

**C**apitulum. xix. quod sic incipit: species autem odoratus due sunt et certe determinat q̄ species odoris aliqua sunt secundum conuenientiam ad sapores et hec comunes sunt homini et alijs animalibus et aliqui sunt odores secundum se et tales quia proprie hominis.

**O**doris due sunt species. vna quidem propter conuenientiam ad sapores alia secundum se falsum est enim odorabile non haberet species sicut quidam dicunt. Quedam species odoris ordinatur et committantur sapores. et tales habent delectabile et triste secundum. s. i. qualiter eoz odor ē paio nutrimenti. et huiusmodi odores delectabiles sunt dñs dñtib⁹ nutrimenti i. qntū p̄ ipso p̄cipiunt nutrimenti repletis at

## Besensu

et nō egentibus cibo non sunt delectabiles sicut esca hñis hos odores eis non ē delectabilis nec tristis. predicti igitur odores scđm, accidens habent delectabile et triste et comunes sunt omnibus animalib⁹ perfectis. Quidam aut̄ odores scđm se delectabiles sunt sicut odores floruz. Non enī propter alimētūz huiusmodi odores sunt delectabiles quasi per iporum permixtionez esca sit magis appetibilis; sed interdum minus. vnde tritius vituperās euripidem appetētem cibaria delictata dixit ei: qñ quo quis lentem non infūdas myron idest vnguentum suauiter redolēs. qz ex hoc cibus insipidior redderetur. Nec obstat dictis q̄ aliqui in potib⁹ et cibis tales odores comiſcent. faciunt enim hoc vt inferant naturali delectatiōi. s. vt delectabile vni sensu sit delectabile duobus per mixtionez alicuius odoris. Odorabile igitur faciens ex se delectationem propriū ē hibus. odorabile aut̄ delectabile propter saporem conuenit hoc et alijs animalib⁹. et dividit scđm species saporuz: primuz aut̄ odorabile dividitur in spēs ex natura sua. Od aut̄ odorabile scđm se est propriuz hōis. ratio est frigiditas cerebri existente ei cerebro hominis naturaliter frigido: et sanguis qui circa cerebrum ē facilē infrigidabitur. qz subtile ē purum. fumositas cibi ad cerebrum ascēdens de leui infrigida et ingrossatur ex qua infirmitates et reumaticē generātur. in adiutoriuz ergo sanitatis facta ē hec spēs odoris ad cerebri confortatiōez. hoc enī opus mani feſte efficit odorabile. nec aliud opus ipsi⁹. Odorabile at̄ propter saporem magis facit ad augmētum dictaz infirmitatuze q̄ ad sanitatem. cōmixtum enim cibo qui est frigidus materiam reumatuz augmentat. odor autem rei odorifere scđm se quasi semp confert cerebro. dico at̄ q̄ si sēp. qz si indebito modo quis vtač ipo nō cōfert h̄z grauabit

Capitulum. xx. qđ sic incipit: et propter hoc per respirationem fit declarat quare hō et omnia animalia pulmonē habentia sentiūt odorem respirando. ita tñ q̄ hō odores in se et nō tñ cū sapore: alia aialia sentiūt odore ppter saporem

On omnia animalia percipiunt odorem per respirationem: sed homo et animalia habentia sanguinez et pulmonez ut quadrupedia et q̄ habent naturam aeream ut volatilia. Odoribus namqz ascēdētib⁹ ad cerebrum propter levitatem caloris ipsorum: facit saniorem locuz cerebri. quia virtus odoris naturaliter ē calida. ad hoc autem in quibusdam animalibus fit adiutorium per respirationem. q̄ natura vtitur ad duo: videlicet principaliter in adiutorium cordis seu toracis et secundario ad odorem. Erat ante enī odore motus respirationis per nares adiūticiam facit actionem odoris ad cerebrum. proprium aut̄ hominis ē sentire odorem per respirationem quia majus et humidius cerebrum habet alijs animalibus scđm proportionem sui corporis. propter quod differēter ab eis sentit odores. et gaudet odoribus florū et similiū quorum calor et motus est temperatus redūctus ypoolem idest excessu frigiditatis et humiditatis cerebri ad debitam mēsuram. Alia vero animalia habentia pulmonem per respirationem suscipiunt odorem alterius generis. s. qui est cum sapore. hunc enim sensum simul cum respiratione dedit eis natura ut non duo instrumenta essent in eis vnum respirandi et aliud odorandi: sed potius vnum vtriusqz quod sic sufficit ad vtrumqz sicut unus odoratus in hominibus sufficit ad percipiendum odores vtriusqz generis scilicet odorabilis secundum se et odorabilis per saporem.

Capitulum. xxj. quod sic incipit: que aut̄ non respiraret ē. Declarat q̄ a-

## et sensato

animalia non respirantia habent odoratus: licet non sit manifesti sic in eis sicut in respirantibus quo instrumento odorent.

Animalia que non respirant habere sensum odorabilis manifestus est. pisces et omne genus animalium sicut sunt apes et formice et quoddam genus pisces marini quod dicitur purpura et multa alia similia de longe sentiunt odorem qui est propter saporem et per ipsius sequuntur nutrimentum. Non est autem manifestus in his animalibus quo sensus odorent sicut est in se respirantibus. et ideo si quis obiciat quod animalia respirantia per odoratum sentiunt odorem: hec ait animalia non sentiunt odorem per respirationem: videbitur quod aliis sensus preter quinque sit in ea: is per quem sentiunt odorem quod est impossibile. quia ubi est idem obiectum: est idem sensus idem est odorabile quod sentiunt scilicet respirantia et non respirantia. Sed forte non est idem modus in variis percepienti odorem. In respirantibus enim sensus odoratus habet quasi quoddam cooperulum superiacens organo ipsius quod auferitur virtute spissae per respirationem attracti. et ideo non sentiunt quando non respirant propter cooperulum superiacens et prohibens odorationes ascendere. In non respirantibus non est tale cooperulum. et ideo respiratione non egredi ad odoratus sed sufficit proportionata distantia obiecti. Exemplum huius est in sensu visus. quedam enim animalia in oculis habent palpebras quibus non reuelantur: minime videntur. quedam autem ut habentia duros oculos palpebras non habent. et ideo non egunt aliquo reuelante palpebras ad videndum: sed sufficit proportionata distantia obiecti.

**Capitulum. xiiij. quod sic incipit:** similiter et aliorum animalium quodlibet ostendit quod alia animalia preter hominem non aborrent fetidos odores propter se ad hoc propter passionem aliam. et quod odoratus tenet medium inter alios sensos.

Zia animalia preter hominem non patienter a fetidis odoribus nisi aliquod corruptum sit cum eis a quo patiuntur. sicut ei homines patiuntur grauedinem capitis a fumo carbonis et sulphuris non propter odorem sed propter aliquid corruptuum: ita alia animalia patiuntur a quibusdam odorabilibus non propter odorem sed propter aliquid corruptuum cum odore puerile et talia fugiunt non propter perfectorem. quod multa que crescunt in terra sectidos habent odores que non fugiunt eo quod conferunt ad gustum vel edulium ipsorum. Igitur sensibus existentibus in numero quinario: odoratus videtur esse medius inter eos consistit ergo inter tactum et gustumque sentiunt per medium coniunctum et inter visum et auditumque sentiunt per medium separatum. conuenit enim cum tactu et gustu qui sunt sensus nutrimenti. quia odorabile est passio nutritiorum secundum quod odor proportionatur sapori cum auditu vero et visu conuenit odoratus in quantum odorabile percipitur per medium extraneum. odorat enim animalia per aerem et aquam sicut per et rūq; istorum vident et audiunt. percipitur ei odorabile per medium spissum sicut visibile et audibile et ideo rōnabiliter odorabile a similius est cecidati eucrone. s. humido infuso que sic dissolvitur per medium sicut color et sonus dictus est igitur quomodo distinguitur species odorabilis.

**Capitulum. xiiij. quod sic incipit:** quod autem quidam pictagoricorum et ceteri excludit opinionem dicentium quedam animalia nutriti odoribus.

Quod quidam pictagoricorum dicunt nutriti quedam animalia odoribus: irrationabile appareat dupliciter. Primo quidem quia oportet cibum esse aliquid cōpositum. sicut ei ea que nutriuntur simplicia non sunt sibi cōposita: ita et eorum nutrimentum. cuius signum est superfluitas cibi quod sibi interioris collocat ut in aliisibus

## Besensu

sue exterius emititur ut in platis: est aliquid mixtum. **P**reterea aqua solo non nutrit. sed commixta alicui terrestri oportet enim constitutum esse aliquid corporale ut fiat nutrimentum. Multo autem minus aer solus incorporari potest cum sit subtilior aqua et ideo nec ipse potest nutritre. Signum quod odor non nutrit est quia omnibus animalibus inest locus receptivus cibi scilicet stomachus ad nutrimentum instrumentum odoratus est in capite iuxta cerebrum. spiritus autem attractus cum odore non vadit ad stomachum sed ad pulmonez qui est locus respirationis. quoniam ergo nec cerebrum nec pulmo sunt idem cum stomacho qui est receptivus nutrimenti: ideo odorabile in quantum huicmodi non consert ad nutrimentum. Ad sanitatem vero consert sic patet per experientiam sensibilem ex predictis. illud enim quod facit sapor ad nutrimenti auxilium: hoc facit odorabile ad sanitatem de sensibilibus ergo secundum organum vniuersitatem sensus determinatum est modo predicto.

**C**apitulum. xxvij. quod sic incipit: obicit autem utique aliquis. Inquirit utrum qualitates sensibles sint divisibiles in infinitum cum sit in subiecto divisibili in infinitum. et soluit ostendens quod in ipsis qualitatibus est status.

